

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Philippica II

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

serim: idemque cum à summis, mediis, infimis, cum denique ab universis hoc idem sit, cumque ii, qui ante sequi populi consensum solebant, fugiunt; non plautum illum, sed judicium puto. Sin hæc leviora vobis videntur, quæ sunt gravissima num etiam hoc contemnitis, quod sensistis, tam eam populo Rom. vitam A. Hirtii fuisse? satis enim erat probatum illum esse populo Rom. ut est; jucundum amicis, in quo vincit omnes: carum suis, quibus est carissimus; tantam tamen sollicitudinem bonorum, tantum *timorem omnium* in quo meminum? certe in nullo. Quid igitur? hoc vos, per deos immortalis, quale sit, non interpretamini? quid eos

de vestra vita cogitare censetis, quibus eorum, quos sperant reip. consulturos, vita tam cara sit? Cæpi. P. C. reverentis meæ fructum; quoniam ea dixi, ut, quicumque casus consecutus esset, exstaret conscientia meæ testimonium; & sum à vobis benignè, ac diligenter auditis. Quæ potestas si mihi sapius sine meo, vestroque periculo fiet, utat. si minus, quantum poterò, non tam mihi me, quam reip. referabo. Mihi ferè satis est, quod vixi, vel ad ætatem, vel ad gloriam, huc si quid accesserit, non tam mihi, quam vobis, reique publ. accesserit.

M. TVLLII CICERONIS

IN

M. ANTONIUM

PHILIPPICA SECUNDA.

ORATIO QUADRAGESIMA QUARTA.



UONAM meo fato, P. C. fieri dicam, ut nemo his annis viginti reip. hostis fuerit, qui non bellum eodem tempore mihi quoque indixerit? Nec verò necesse est à me quemquam nominari, vobis cum ipsi recordamini, mihi pœnarum illi plus, quam optarem, dederunt. Te miror, Antoni, quorum facta imitere, eorum exitus non perhorrescere. Atque hoc in aliis minus mirabar. nemo illorum inimicus mihi fuit voluntarius: omnes à me reip. causa, lacestisti, tu, ne verbo quidem violatus, ut audacior, quam L. Catilina, furiosior, quam P. Clodius, videre, ultro maledictis me lacestisti: 1 tuamque à me alienationem tibi ad civis impios gloria fore putavisti. Quid putem? *conseruimne* me? non video nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenii, quid displicere possit Antonius. An in senata facillimè de me detrahi posse credidit? qui ordo clarissimis civibus bene gesta reip. testimonium multis, mihi uni conservata dedit? An decertare mecum voluit contentione dicendi? hoc quidem beneficium est. quid enim plenus, quid uberius, quam mihi & pro me, & contra Antonium diceret? Illud profectò est, non existimavit, sui similibus probari posse, se esse hostem patriæ, nisi mihi esset inimicus. Cui prius quam de ceteris rebus respondeo: de amicitia quam à me violatam esse criminatus est, quod ego gravissimum crimine judico, pauca dicam. Contra rem suam venisse me nescio quando questus est. An ego non venirem contra alienum pro familiari, & necessario meo? non venirem contra gratiam, 2 non virtutis specie, sed ætatis flore collectam? non venirem contra injuriam, quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non jure prætorio? Sed hoc idcirco commemoratum à te puto, ut te in summo ordini commendares, cum te omnes recordarentur libertini generum, & liberos tuos, nepotes Q. Fadii, libertini hominis, fuisse. At enim te in disciplinam

meam tradideras: (nam ita dixisti) domum meam ventituras. Næ tu, si id fecisses, melius famæ, melius pudicitiæ tuæ consulisses, sed nec fecisti, nec, si cuperes, tibi id per C. Curionem facere licuisset. Auguratus petitionem mihi concessisse dixisti. O incredibilem audaciam! ò impudentiam prædicandam! Quo enim tempore me augerem à toto collegio expectum Cn. Pompejus, & Q. Hortensius nominaverunt (neque enim licebat à pluribus nominari) tu nec solvendo eras, nec te ullo modo, nisi eversa rep., in eorum fore putas. Poteras autem eo tempore auguratum petere, cum in Italia Curio non esset? aut tum, cum es factus, unam tribum sine Curione ferre potuisses? cujus etiam familiares de vi condemnati sunt, quod tui nimis studiosi fuissent. At beneficium sum usus tuo. Quo? quamquam illud ipsum, quod commemoras, semper præ me tuli. MALUI me tibi debere confiteri, quam cuiquam minus prudenti non satis gratis videri. Sed quo beneficio? quod me Brundisium non occideret? quem ipse victor, qui tibi ut tute gloriari solebas, detulerat ex latronibus suis principatum, salvum esse voluisset in Italiam ire jussisset, cum tu occideres? Fac potuisse, quod est aliud, P. C. beneficium latronum, nisi ut commemorare possint, iis se dedisse vitam, quibus non ademerint? Quod si esset beneficium, numquam ii, qui illum interfecerunt, à quo erant servati, quos tu ipse viros clarissimos appellare soles, tantam essent gloriam consecuti. QUARE autem beneficium est, quod te abstineris nefario scelere? qua in re non tam jucundum videri mihi debuit, non interfectum à te, quam miserum, id te impunè facere potuisse. Sed sit beneficium, quandoquidem 3 majus accipi à latrone nullum potuit: in quo potes me dicere ingratum? an de interitu reip. queri non debui, ne in te ingratus viderer? Nam in illa querela, misera quidem, & luctuosa, sed mihi pro hoc gradu, in quo me lenatus, populisque Rom. collocavit, necessaria, quid est dictum à me cum contumelia? quid non moderatè?

quid

1. *T*amquam ad me alienationem tibi ad civis impios gloria fore putasti. Retinui lectionem vulgatam; quæ item restat in Pal. pr. Ferrarii emendatio, alienationem commendaationem tibi ad imp. civ. fore putavisti, respicit sane glossam, alteraque eandem valet.

2. *Non virtutis specie.* Pal. sec. atque Mauritanus *virtutis spe.* neque aliter exemplar S. Victoris.
3. *Majus à latrone accipi nullum potuit.* M. Liliensis à latronum principibus; quod non male ita respondet, quæ præcellerunt.

I. Quid

quid non amice? Et quidem cujus temperantia fuit, de M. Antonio querentem, abstinere maledicto? praesertim cum tu reliquias resp. dissipavisses? cum domi tuae turpissimum mercatu omnia essent venalia? cum leges eas, quae nunquam promulgatae essent, & de te, & a te laras conserere? cum auspicia augur, intercessionem consul sustulisses? campus esset fœditissime stipatus aruatis? cum omnibus impuritates pudica in domo quotidie susciperes, vino, lustrisque confectus? An ego, tanquam mihi cum M. Crasso concentio esset, quocum multa, & magna fuerunt, non cum uno gladiatore nequissimo, de rep. graviter querens, de homine nihil dixi. Ita que hodie proficiam, ut intelligat, quantum tum a me beneficium acceperit. At enim litteras, quas me sibi misisse diceret, recitavit, homo & humanitatis expem, & vite communis ignarus. Quis enim umquam, qui paulum modo bonorum consuetudinem nosset, litteras ad se ab amico missas, offensione aliqua interposita, in medium protulit, palamque recitavit? 1. quid est aliud, tollere è vita vite societatem, 2. quam tollere amicorum colloquia absentium? quam multa joca solent esse in epistolis, quae prolata si sint, nepta esse videantur? quam multa seris, neque tam en illo modo divulganda? Sit hoc inhumanitatis tuae stultitiam incredibilem videte. Quid habes, quod mihi opponas, homo disertus, ut Mustelia Tamisio, & Tironi Numisio videns? 3. qui cum hoc ipso tempore stent cum gladiis in contemptu senatus, ego quoque te disertum putabo, si ostenderit, quomodo sis eos inter sicarios defenditurus. Sed quid opponas tandem, si negem, me umquam istas litteras ad te misisse? quo me teste convinces? an chirographo? an quo habes scientiam qua tuosam. Qui possis? 4. sunt enim librarii manus. Jam in video magistrum tuo, qui te tanta mercede, quantum jam proferam, nihil sapere docuit. Quid enim est minus non dico oratoris, sed hominis, quam id obijcere adversario, quod ille si verbo negavit, longius progredi non possit, qui obijcerit? At ego non nego: teque in isto ipso convinco, non inhumanitatis solum, sed etiam amentiae. Quod enim verbum in istis litteris est non plenum humanitatis, officii, benevolentiae? omne autem crimen tuum est, quod de te in his litteris non male existimem: quod scribam tanquam ad civem, tanquam ad bonum virum; non tanquam ad sceleratum, & latronem. At ego tuas litteras, etsi jure poteram a te la cessitas, tamen non proferam: quibus petis, ut tibi per me liceat quandam de exilio reducere: adjurasque, id te, invito me, non esse facturum: idque a me imperas. quid enim me interponerem ad iudicium tua: quam neque auctoritas hujus ordinis, neque existimatio populi Romani, neque leges ullae possent coercere? Veruntamen quid erat, quod me rogares, si erat is, de quo rogabas, Cæsar's lege reductus? Sed videlicet meam gratiam voluit esse: in quo ne ipsius quidem ulla poterat esse, lege data. Sed cum mihi, patres conscripti, & pro me aliquid, & in M. Antonio multa dicenda sint; alterum peto a vobis, ut pro me dicentem, benignè: alterum ipse efficiam, ut, contra illum cum dicam, attentè audiat. simul illud oro: si meam cum in omni vita, tum in dicendo moderationem, modestiamque cognovistis, ne me hodie, cum isti, ut provocatis, respondebo, oblitum esse putetis mei. non tractabo ut consulem: ne ille quidem me ut consularem, etsi ille nullo modo consul, vel quod ita vivit, vel quod ita temp. gerit, vel quod ita factus est consul: ego sine ulla controversia consularis. Ut igitur intelligeretis, qualem ipse se consulem profiteretur, obijcit

michi consulatam meum, qui consulatus, verbo meus, P. C. re, vester fuit. quid enim consulti, quid gessi, nisi ex hujus ordinis consilio, auctoritate, sententia? Hæc tu homo sapiens, non solum eloquens, apud eos, quorum consilio, sapientiaque gesta sunt, ausus es vituperare? Quis autem meum consulatam, præter P. Clodium, qui vituperaret, inventus est? cujus quidem te fatum sicuti C. Curionem, manet: quoniam id domi tuae est, quod fuit illorum utriusque fatale. Non placet Marco Antonio consulatus meus, 12. At placuit P. Servilio, ut eum primum nomen ex illius temporis consularibus, qui proximè mortuus est: placuit Q. Lutario Catulo, cujus semper in hac rep. viveret auctoritas: placuit duobus Lucullis, M. Crasso, Q. Hortensio, C. Curioni, M. Lepido, C. Pisoni, & M. Glabroni, L. Volcatio, C. Figulo, D. Silano, L. Murena, qui tum erant consules designati: placuit idem, quod consularibus, M. Catoni: qui cum multa, vita excedens, provan: tum quod te consulem non vidit. Maxime verò consulatam meum C. Pompejus probavit: qui ut me primum decedens, ex Syria vidit, complexus, & gratulans, meo beneficio patriam se visurum esse dixit. Sed quid singulos commemoro? frequentissimo senatus sit placuit, ut esset nemo, qui mihi non, ut parenti, gratias ageret: qui non mihi vitam suam, liberos, & fortunas, tempus referret acceptam. Sed quoniam illis, quos nominavi tot & talibus viris resp. orbata est: 7. veniamus ad vivos, qui duo è consulari numero reliqui sunt. L. Cotta, vir summo ingenio, summaque prudentia, rebus iis gestis, quas tu reprehendis, supplicationem decrevit verbis amplissimis: eique illi ipsi, quos modò nominavi, consules, senatusque cunctus assensus est. qui honos post conditam hanc urbem habitus est rogato ante me nemini. L. Cæsar, avunculus tuus, qua oratione, qua constantia, qua gravitate sententiam dixit in fororis tua virum, vitricum tuum? hunc tu cum auctorem, & præceptorem omnium consiliorum, totiusque vite debuisses habere, vitrici te similem, quam avunculi esse maluisti. hujus ego consiliis alienus consul usus sum: tu fororis filius, et quid ad eum umquam de repub. retulisti? ad quos referis? dii immortales! ad eos scilicet, quorum nobis etiam dies natales audiendi sunt. Hodie non descendit Antonius, cui? dat natalitia in hortis. cui? neminem nominabo. patatote cum Phormioni alicui, tum Gnatonii, tum Ballioni. O fœditatem hominis flagitiosam! o impudenciam, nequitiam, libidinem non ferendam! tu cum principem senatorem, civem singularem, tam propinquum habeas, ad eum de repub. nihil referis: ad eos referis, qui domum suam nullam habent, tuam exhauriunt? Tuus videlicet salutaris consulatus, perniciosus meus, ad quoniam pudorem cum pudicitia perdidisti, ut hoc in eo templo dicere ausus sis, in quo ego senatum illum, qui quondam florens orbi terrarum præsidebat, consulebam: tu homines perditissimos cum gladiis collocavisti? At enim ausus es (quid autem est, quod tu non audeas?) Clivum Capitolinum dicere, me consule, plenum fervorum armatorum fuisse. Ut illa, credo, nefaria senatus consulta fierent, vim afferebam senatus. O miserum, sive illa tibi nota non sunt (nihil enim boni nostri) sive sunt, qui apud tales viros tam impudenter loquere! Quis enim eques Roman. quis, præter te, adolescens nobilis, qui ullus ordinis, qui se civem meminisset, cum senatus in hoc templo esset, in Clivo Capitolino non fuit? quis nomen nõ dedit? quamquam nec scribam sufficere, nec tabulae nomina illorum capere potuerunt. Etenim cum ho-

XII

VI.

14.

VII.

16. XI

17.

1. Quid est aliud, tollere è vita, &c. Ita omnes ferè libri quibus usus Ferrar. utaque fecus Pall. sec. ac S. Vici.
 2. Quom tollere amicorum. Melius istud, & tribus mss. nostris, quam vulgatum, scilicet atque tollere au. & G. Gulelm.
 3. Qui cum ipse hoc tempore. Moretus indicat existare in Vaticano cod. ipsius, quod mutare religio fuit Gulelm. quid enim addit, veteres vereres dixisse ipsius cum ilidem frequenter in ipse fuisse? At Turneb. lib. xv. Advers. 2. transponens eumenis leviterque mutat, inde facit, qui cum hic p. p. p. &c.

4. Sicut enim librarii manus. Pal. pr. & Maur. item P. libera manu, sec. libere. unde suspicemus verum esse libere manu. Liliensis tamen legit san enim libera manu. omnino nescio quid later.
 5. M. Glabroni. Est à conjectura Ferrar. sed quam sustinet Pal. sec. in quo Clabroni, vulgata M. Labroni.
 6. Fortunatus, temp. vesteri acceptam. Fragmentum Colonien. accepta, quod melius nisi forte rectum est, acceptum.
 7. Votamus ad vivos. Hic à Pal. sec. Maur. & S. Vici. prius vulgari, ad vivos.

inimicus nefarii de patriæ periculis confiterentur : consociorum iudiciis , sua manu , voce panem litterarum coacti , se urbem inflammare , civis trucidare , vastare Italiam , delere rempubl. consensisse : quis esset , qui ad salutem communem defendendam non excitaretur ? præsertim cum senatus , populusque Rom. haberet ducem , qualis si qui nunc esset , tibi idem , quod illis accidit , contigisset . Ad sepulchrum corpus vitrici sui negat à me datum . Hoc ve.ò ne P. quidem Clodius dixit umquam . quem , quia iure ei sui inimicus , doleo à te iam omnibus vitiis esse superatum .

18. III. X.

Qui autem tibi venit in mentem , redigere in memoriam nostram , te domi P. Lentuli esse educatum ? an veterare , ne non putas : emus natura te potuisse tam improbum evadere , nisi accessisset etiam disciplina ? Tam autem eras excors , ut tota in oratione tecum ipse pugnares : ut non modo non coherentia inter se diceres , sed maxime disjuncta , atque contraria ? ut non tanta tecum , quanta tecum tibi esset contentio ? Vitricum tuum in tanto fuisse scelere fateri , pœna affectum querebare . ita , 1 quod proprie meum est , laudasti : quod totum senatus est , reprehendisti . 2 nam , comprehensio fontium , mea ; animadversio , senatus fuit : homo disertus non intelligit , eum , quem contra dicit , laudari à se : apud quos dicit , vituperari . Jam illud cuius est non dico audacia (cupit enim se audacem dici) sed , quod minimè vult , stultitia , quia vincit omnes , Clivi Capitolini mentionem facere , cum inter subsellia nostra versentur armati ? cum in hac calla Concordiæ , ô dii immortales ! in qua me consulè , salutares sententiæ dicta sunt , quibus ad hanc diem vivimus , cum gladius homines collocati stent ? Accusa senatum : accula equestrum ordinem , qui tum cum senatu copulatus fuit : accusa omnes ordines , omnes civis , dum confitere , hunc ordinem , hoc ipso tempore , ab Ithyris circumfederi . Hæc tu non propter audaciam dicis tam impudenter , sed quia tantam rerum repugnantiam non videas : nihil profecto lapsus Quid est enim dementius , quam , cum 3 ipse recip. perniciofa arma ceperis , obicere alteri salutaria ? 4 At etiam quodam loco faceret esse voluisti . Quam id (dit boni) non decebat ! in quo est tua culpa nonnulla . aliquid enim salis ab uxore mimæ trahere potuisti . CEDANT ARMA TOGAE . Quid ? tum nonne cesserunt ? At postea tuis armis cecidit toga . Quæramus igitur , utrum melius fuerit : libertati populi Romani sceleratorum arma , an libertatem nostram armis tuis cedere . Nec verò tibi de verbis respondebo : tantum dicam breviter , neque illos , neque ullas te omnino literas nosse : me nec recip. nec amicis umquam desuisti , & tamen omni genere monumentorum meorum perfecisse operis subiecivis , ut mea vigilia , mea que litteræ & juventuti , utilitatis & nomini Rom. laudis aliquid afferrent . Sed hæc

19.

non huius temporis , ad majora veniamus . P. Clodium meo consilio interfectum esse dixisti . Quidnam homines putarent si tum occisus esset , cum tu illum in foro , inspectante populo R. gladio stricto iniecutus es , negotiumque transegisses nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset , hisque oppulatis impetum tuum compressisset . 6 Sed quid ? ego fuisse me tibi fateor , suasse ne tu quidem dicis . At

20.

Miloni ne favere quidem potui . prius enim rem transegit , quam quisquam eum suspicaretur facturum esse . At ego suassi . Scilicet is animus erat Milonis , ut prodesset reip. sine suo favore non posset . At latatus sum Quid ergo in tanta læticia cuncta civitatis me unum tristem esse oportebat ? Quamquam de morte P. Clodii fuit quaestio non satis prudenter illa quidem constituta . Quid enim atinebat nova lege quæri de eo , qui hominem occidisset , cum esset legibus quaestio constituta ? quæ situm est tamen . Quod ergo , cum res agebatur nemo in me dixit , id tot anni post tu es inventus , qui diceres ? Quod verò dicere ausus es , idque multis verbis , opera mea Pompejum à Cæsaris amicitia esse disjunctum , ob eamque causam mea culpa civile bellum esse natum : in eo non tu quidem tota re , sed , quod maximum est , temporibus errasti . Ego M. Bibulo , præstantissimo civi , consulè , nihil prætermisi , quantum facere , enitique potui , quin Pompejum à Cæsaris conjunctione avocarem , in quo Cæsar fuit felicior . ipse enim Pompejum à mea familiaritate disjuncti . Postea vero , quam le totum Pompejus Cæsari tradidit : quid ego illum ab eo distrahere conaret ? stulti erat sperare : suadere , impudentis Duo tamen tempora inciderunt , quibus aliquid contra Cæsarem Pompejo suaserim . ea velim reprehendas , si potes : unum , ne quinquenni imperium Cæsari prorogaretur : alterum 7 ne pateretur fieri , ut absens ejus ratio haberetur quorum li utrumvis persuasissimè : in hæc misertus nunquam incidissemus . Atque idem cum jam omnes opes & suas & populi Rom. Pompejus ad Cæsarem detulisset , seroque eadem sentire cepisset , quæ ego antè multo prævideram : in ferrugine patriæ bellum nefarium viderem : pacis , concordiæ , compositionis auctor esse non desisti : meaque illa vox est nota multis , UTINAM , Cn. Pompei , cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses , aut nunquam diremisses . fuit alterum gravitatis , alterum prudentiæ tuæ . Hæc mea , M. Antoni , semper & de Pompejo & de reip. consilia fuerunt quæ si valuissent : res publica staret : tu tuis flagitiis , egessitate , infamia , concidisses . Sed hæc vetera : illud vero recens , Cæsarem meo consilio interfectum . Jam verè , patres conscripti , ne , quod turpissimum est , prævaricatorem mihi apposuisse videar , qui me non solum meis laudibus ornaret , sed etiam oneraret alienis . Quis enim memmè in istius gloriosissimi facti conscientia nomen audivit ? cuius autem , qui in eo numero fuisset , nomen est occultatum ? occultatum dico ? cuius non statim divulgatum ? citius dixerim præstasse se aliquos , ut fuisset in ista societate ? viderentur qui loci non fuissent , quam ut quisquam celare vellet . Quam verisimile porro est in tot hominibus partim obscuris , partim adolescentibus neminem occultantibus , in eum nomen latere potuisse ? Etenim si auctores ad liberandam patriam desiderarentur illis auctoribus . Brutus ego impellerem , quorum uterque L. Bruti imaginem quotidie videret , alter etiam Ahalæ ? His igitur majoribus orti ab alienis potius consilium peterent , quam à suis ? & foris potius , quam domo ? Quid ? C. Cassius , in ea familia natus , quæ non modo dominatum , sed ne potentiam quidem cuiusquam ferre potuit , me auctorem , credo , desideravit : qui etiam

IX. 21.

fin e

publicator : Sed quia ego scripsisse . non malè etiam Gulielm. coniecit : Equid ego scripsisse .
7. Ne pateretur fieri ut absens Vult lib. xxiii. Var lect. putate legendum fieri non malè .
8. In istius gloriosissimi facti conscientia Editi prius scripsisse , procul dubio ignorantia veteris prioris , qui neque cepit Ferrarius , à quo tamen sententiam eam habere in omnibus libris scriptis : neque aliter Pall. Gembl. Maur. & P. nec non S. V. .
9. Viderantur fieri Hæc est scriptura pr. searum editionum . neque abeunt mss. nostris , nisi quod Pal. pr. viderentur fieri quod scripsisse . recentiores admiserunt conjecturam Ferrarii . viderentur qui fieri non scripsisse . non rectè si enim attendimus , videbimus voces aliquot à librariis in sinistra liberalitate . nequm . posse etiam abjici , quam ut quicquam
22.
23.
24.
25.
26.

1. Quod proprie meum est Ita mss. Ferrariis
2. Nam comprehensio fontium
3. Ipse recip. perniciofa arma
4. At etiam quodam loco faceret esse voluisti
5. Nisi ille se in scalas
6. Sed quid ego fuisse me tibi fateor

1. Non
2. Præsentia
3.
4.
5.

sine his clarissimis viris, hanc rem in Cilicia ad ostium fluminis Cydni consecisset, si ille ad eam ripam, quam constituerat, non ad contrariam, i navi appulisset. Cn.

27. Domitium non patris interitus, clarissimi viri, non avunculi mors, non spoliatio dignitatis, ad recuperandam libertatem, sed mea auctoritas excitavit? An C. Trebonio persuasi? cui ne suadere quidem ausus essem. quo etiam majorem ei resp. gratiam debet, qui libertatem populi Ro.

30. *unius amicitia* praeposuit: depulsorque dominatus, quam patriceps esse maluit. An L. Tullius Cimber me est auctorem secutus? quem ego magis fecisse illam rem sum admiratus, quam facturam putavi. admiratus sum autem ob eam causam, quod immemor beneficiorum, memor patriae fuisset. Quid duos Servilios? Cascas dicam, an Ahalas? & hos auctoritate mea censet excitatos potius, quam caritate resp. Longum est persequi ceteros: idque resp. 2. praclarum fuisset: tum in ipso gloriosius est. At quemadmodum

31. *me* conatuerit homo acutus, recordamini. Caesare intersecto, inquit, statim cruentum altè extollens M. Brutus pugionem, Ciceronem nominatim exclamavit, atque ei recuperatam libertatem est gratulatus. Cur mihi potissimum? quod sciebam? Vide ne illa causa fuerit appellandi me, quod cum rem gessisset consimilem rebus iis, quas ipse gessitam, me potissimum testatus est, se animum mearum

29. laudum exstitisse. Tu autem omnium fultissime, non intelligis, si id, quod me arguis, voluisse interfici Caesarem, crimen severam latatum esse morte Caesaris, crimen esse? Quid enim interest inter sua forem facti, & probatorem? aut quid refert utrum voluerim fieri, an gaudeam factum? ne quis est igitur, 3. te excepto, & iis qui illum regnare gaudebant, qui illud aut fieri noluerit, aut factum improbarit? omnes enim in culpa, etenim omnes boni, quantum in ipsis fuit, Caesarem occiderunt. aliis consilium, aliis animus, aliis occasio defuit: voluntis nemini. Sed stuporem hominis, vel dicam pecudis, attendite. sic enim dixit, M. BRUTUS, QUEM EGO HONORIS CAUSA NOMINO CRUENTUM PUGIONEM TENENS CICERONEM EXCLAMAVIT: EX QVO INTELLIGI DEBET, EAM CONSILIUM FUISS.

30. Ergo ego sceleratus appellor a te, quem tu suspicatum aliquid suspicaris: ille, qui stillantem praese pugionem 4. tulit, is a te honoris causa nominatur? Elio: sit in verbis tuis hic stupor. quanto in rebus, sententiisque major? Constitue hoc, consul, aliquando; Brutorum, C. Cassii, Cn. Domitii, C. Trebonii, reliquorum, quam velis esse causam: edormi ciapulam, inquam, & exhalare. An faces admoventur sunt, quae te excitent, tantae causae indormientem? numquamne intelliges, & statuendum tibi esse, utrum illi, qui istam rem gesserunt, 5. homines sint, an vindices liberatis? Attende enim paulisper, cogitationemque sobrii hominis punctum temporis suscipe, etenim ego, qui sum illorum, ut ipse fateor, familiaris: ut a te arguor, socius, nego quidquam esse medium: confiteor eos, nisi

31. liberatores populi Rom. conservatoresque resp. sint, plus quam scarios, plus quam homicidas, plus etiam quam patricidas esse: siquidem est atrocius patriae parentem, quam suum occidere. Tu homo sapiens, & considerate, quid dicis? si patricidæ: cur honoris causa a te sunt, & in hoc

ordine, & apud populum Rom. semper appellati: cur M. Brutus, te referente, legibus est solutus, si ab urbe plus, quam decem dies abfuisse? cur ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati? cur provinciae Cassio, & Bruto datae? cur quaestores additi? cur legatorum numerus auctus?

Atque haec acta per te, non igitur homicidæ sequitur, ut liberatores tuo iudicio sint: quandoquidem tertium nihil potest esse. Quid est? num conturbo te? non etiam fortasse

32. satis, quae distinctius dicuntur, intelligis, sed etiam haec est summa conclusionis mea: quoniam scelere a te liberati sunt, ab eodem te amplissimis praemiis dignissimi iudicati sunt. Itaque iam retexo orationem meam. scribam ad illos, ut, si qui forte, quod a te mihi obiectum est, quarent, sitne verum: ne cui negent. etenim vereor, ne aut celatum me ab ipsis, illis non honestum: aut invitatum refugisse, mihi sit turpissimum. Quae enim res unquam (pro sancte Jupiter) non modo in hac urbe, sed in omnibus terris est gesta major? quae gloriosior? quae & commendatior erit hominum memoria sempiterna? In hujus me consilii societatem, tanquam in equum Trojanum 7 cum principibus includis? non recuso, ago etiam gratias, quoquo animo facis, tanta enim res est, ut invidiam istam, quam tu in me vis concitare, cum laude non comparem. Quid enim beatus illis, quos tu expullos a te praedicas, & relegatos? qui locus est aut tam desertus, aut tam inhumanus, qui illos; quod accesserint, non affari, atque appetere videatur? qui homines tam agrestes, qui se, cum eos adspexerint, non maximum cepisse vitæ fructum putent? quae verò tam immemor posteritas, quae tam ingrata litteræ reperientur, quae eorum gloriam non immortalitatis memoria profaquantur? Tu verò adscribe me talem in numerum. Sed unam rem vereor, ne non probes. si enim fuisset, non solum regem, sed regnum etiam de rep. sustulisset: & si meus filius ille fuisset (ut dicitur) mihi crede, non solum unum actum, sed totam fabulam consecissem. Quamquam si interfici Caesarem voluisse, crimen est, vide, quæso, Antoni, quid tibi futurum sit, quem & Narbone hoc consilium cum C. Trebonio cepisse notissimum est; & ob ejus consilii societatem, cum interficeretur Caesar, tum te a Trebonio vidimus sevocari. Ego autem (vide quam tecum agam non inimicè) quod bene cogitasti aliquando, laudor quod non indicasti, gratias ago: quod non fecisti, ignosco. unum res illa quaerebat. Quod si te in iudicium quis adducat, usurpetque illud Cassianum, CUI HONORIS CAUSA VIDE, quæso, ne haereas. quamquam illud quidem fuit, ut tu dicebas, omnibus bono, & qui se vivere nolebant: tibi tamen praecipue, qui non modo non servis, sed etiam regnas: qui maximo te ære alieno ad ædem Opes liberaisti: qui per easdem tabulas innumerabilem pecuniam dissipavisti: ad quem è domo Caesaris tam multa delata sunt: cuius domus, quæ suavitissima est falsorum commentariorum, & chirographorum officina: agrorum, oppidorum, immunitatum, vestigalium, flagitiosissimæ nundinæ. Etenim quæ res egestati, & æri alieno tuo, praeter mortem Caesaris, subvenire potuisset? Nescio quid conturbatus mihi esse videris. numquid subitimes, ne ad te hoc crimen pertinere videatur? libero te metu: nemo credet umquam: non est tuum de re,

R r pub

1. Novi appulisset. Sic omnes Ferrariani, nam nostri non appulisset. editio recepta, nam appulisset. 2. Praclarum fuisse non multo ipse gloriosius est. Ita ed. praec. ita Pal. ambo, nisi quod fecerimus, & verò testatus est, nostram extate in omnibus suis scriptis Ferrarius probat. sed superat adhuc vos fuisse, quæ ipse non quid fari deinde abiciendum est à fine, suscipi Pal. praenosterici receperunt Ferrari coniectantem, praclarum fuisse non multo ipse gloriosius. 3. Te excepto & iis qui eum regnare gaudebant. Redinogravi hanc peritiam ex Pal. sec. Gembl. Lil. & S. Vicit alludebatque item Pall. pr. in quo recepta est qui eum regnare gaudebat. 4. Tuliæ a te honoris causa. Abundat heic, aut a te & pro hoc a-

igno fecerat Maur. unde fecerat Gulielm. hic. 5. Homicida fuit. Ita & Pal. sec. & Maur. non, homicidæ rei sunt quomodo vulgata. 6. Commendatior erit bonorum memoria sempiterna, &c. Adieci illud erit & Pall. & Maur. eam injuriæ abiciendam curat Ferrarius, habuitque obloquentes P. Manucium & D. on. Lambinum at loquitur prius membrum de praesentis posterius de futuro. 7. Cum principibus includis non recuso. Ita Pal. ita Liliensis & Maur. non includis cum principibus non recuso, uti rectè colli. 8. Qui se vivere nolebant. Vulgata qui non se vivere, quod neque in Pall. aut Maur. Col. aut Ferrarii membranis quæsi quod quidam inferri quæde proculdubie natum alterum illud.

XV. 37.

pub. bene mereri habet istius pulcherrimi facti clarissimos viros respub. auctores: ego te tantum *gaudere* dico: fecisse non arguo. Respondi maximis criminibus: nunc etiam reliquis respondendum est. Castra mihi Pompeji, atque illud omne tempus objecisti. quo quidem tempore si, ut dixi, meum consilium, auctoritasque valuisset: tu hodie egeres, nos liberi essemus; resp. non tot duces, & exercitus amisisset. Fateor enim, me, cum ea, quae acciderunt, providerem futura, tanta in molestia fuisse, quanta ceteri optimi cives, si idem providissent, fuissent. Dolebam, dolebam, P. C. temp. vestris quondam, meisque consiliis conservatam, brevi tempore esse peritutam. neque vero eram tam indoctus, ignatusque rerum, ut frangeret animo propter *vita cupiditatem*, quae me manens conficeret angoribus: dimissa, molestiis omnibus liberasset. illos ego praestantissimos viros, lumina resp. vivere volebam, tot consulares, tot praeorios, tot honestissimos senatores, omnem praeterea florem nobilitatis, ac juvenutis, tum optimorum civium exercitus: qui si viverent, quamvis iniqua conditione pacis (mihi enim omnis pax cum civibus bello civili utilior videbatur) respub. hodie teneremus.

38. Quae sententia si valuisset, ac non ut maxime mihi, quorum ego vita consulebam, spe victoria elati, obtulissent: ut alia omitam, tu certe numquam in hoc ordine, vel potius numquam in hac urbe mansisses. At vero Cn. Pompeji voluntatem a me abalienabat oratio mea. An ille quemquam plus dilexit? cum ullo aut sermones, aut consilia contulit sapienter? quod quidem erat magnum, de *summa* dissentientis, in eadem consuetudine amicitiae permanere. Sed & ego quid ille, & contra ille, quid ego sentissem, & spectarem, videbat. ego incolunitati civium primum, & postea dignitati: ille praesenti dignitati potius consulebat. quod autem habebat uterque quod *sequeretur*.

XIX.

39. Idcirco tolerabilior erat nostra dissensio. Quid vero ille consularis vir, ac paxne divinus de me fenserit, sciunt qui eum Pharsalica fuga Paphum profecti sunt, numquam ab eo mentio de me, nisi honorifica; nisi plena amicissimi desiderii, cum me *vidisset plus* fateretur, se *speravisse meliora*. Et ejus viri nomine me insectari audes, ejus me amicum, te sectorem esse fateare? Sed omitatur bellum illud, in quo tu nimium felix fuisti. Ne jocis quidem respondebo, quibus me in castris usum esse dixisti. Erant illa quidem castra plena cura, verum tamen *HO MINUS* quamvis in turbidibus rebus sint, tamen, si modo homines sunt, interdum

XVI.

40. *animis relaxantur*. Quod autem idem molestiam meam reprehendit, idem jocum: magno argumento est, me in iurtoque fuisse moderatum. Hereditates mihi negasti veniæ. Utinam hoc tuum verum crimen esset; plures amici mei, & necessarii *viverent*. Sed qui istuc venit tibi in mentem? ego enim amplius non sducenties acceptum hereditatibus retuli. Quamquam in hoc genere fateor sehciosem esse te, me nemo, nisi amicus, fecit heredem, ut cum illo commodo, si quod erat, animi quidam dolor jungeretur: te is, quem tu vidisti nunquam. L. Rubrus Cassinas, fecit

41. heredem. & quidem vide, quam te amarit is, qui, albus, atervè fueris, ignorans, fratris filium *præteritis*: Q. Furius honestissimi equitis Romani, sui que amicissimi, quem palam heredem semper factitavit, ne nomen quidem perscripsit, te, quem numquam viderat, ac numquam saluta-

verat, fecit heredem. Velim mihi dicas, nisi molestum est, L. Tarsellius qua facie fuerit, qua statuta, quo municipio, qua tribu: nihil scio, inquit, nisi quae *prædica* habuerit. Igitur fratrem exheredans, te faciebat heredem. In multas praeterea pecunias alienissimorum hominum, eiectis veris heredibus, *tantum* heres esset, invasit. Quamquam hoc maxime admiratus sum, mentionem te hereditatum autem esse facere, cum ipse hereditatem patris non adisses. Hæc ut colligeres, homo mentissime, tot dies in aliena villa declamasti? quamquam si quidem (ut tui familiarissimi dicunt) vini exhalandi, non *ingeni* amentid ea uja declamasti. Et verò adhibes joci causa magistram; sustinatio tuo, & compotorum tuorum, rhetorem: cui concessisti: 2 ut in te, quæ vellet, diceret. Salsum omnino hominem! sed materia facilis, in te 3 & in tuos dicta dicere. Vide autem, inter te, & avum tuum, quid interlit. ille sensim dicebat, quod causæ prodesset: tu cursum dicis aliena. At quanta *merces* rhetori data est? Audire, audire, P. C. & cognoscite resp. vulneta. duo millia jugerum campi Leontini Sex. Clodio rhetori assignasti, & quidem immunita, ut pro tanta mercede *nihil sapere* diceres. Num etiam hoc, homo audacissime, ex *Caesaris* commentariis? Sed dicam alio loco & de Leontino agro, & de Campano: quos iste agros ereptos *respub.* turpissimis possessoribus inquinavit. Jam enim, quoniam criminibus ejus, satis respondi, de ipso emendatore, & correctore nostro quædam dicenda sunt, nec enim omnia effundam, ut, si sapius decertandum sit, ut erit, semper novus veniam: quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum, peccatorumque largitur. Visne igitur te inspiciamus à puero? sic opinor. à principio ordianur. Tenesne memoria, praetextatum te *decoxisse*? Patris, inquit, ista culpa est. concedo. etenim electatis plena defensio. Illud tamen audacia tua, quod sedisti in quatuordecim ordinibus, cum esset lege Roscia deceptoribus certus locus constitutus, quamvis quis fortunæ vitio non suo decoxisset. Summisti virilem togam: quam statim muliebrem stolam reddidisti. primò vulgare sortum: cetera flagitii merces, nec ea parva: sed citò Curio intervenit, qui te à meretricio quaestu abduxit: & tanquam stolam dedisset, in matrimonio stabili, & certo locavit. Nemo unquam puer emtus libidinis causa, tam fuit in domini potestate, quam tu in Curionis. quoties te pater ejus domo sua eiecit? quoties custodes posuit, ne limen intrares? cum tu tamen, nocte socia, hortante libidine, cogente mercede, per regulas demitterere, 5 quæ flagitia domus illa diutius ferre non potuit. Scisne me de rebus mihi notissimis dicere? recordare tempus illud, cum pater Curio moerens jacebat in lecto: filius se ad pedes meos prosteruens, lacrymans, te mihi commendabat: orabat, ut te contra suam patrem, si sestertium sexages peteret, defenderem: 6 tantum enim se pro te intercessisse. ipse autem amore ardens confirmabat, quod desiderium tui discidium ferre non posset, te in exilium esse iturum. Quo ego tempore tanta mala florentissima 7 familia sedavi, vel potius sustuli, patri persuasi, ut alienum filii dissolveret; redimeret adolelcentem, summa spe & animi, & ingenii pradium: rei familiaris facultatibus: cumque à tua non modo familiaritate, sed etiam congressione, *patri jure*, & potestate prohiberet. Hæc tu, cum per me acta meminisses: nisi illis, quos

1. No nomen quidem perscripsit. Lambinus aliique variè emendant, sed præter libros nostros.
 2. Ut in te qua vellet diceret. Sic Pall. ead. que antiquè, item Victoriana. ac Lambiniana non unquam non in te qua vellet diceret, sed in quem vellet, diceret præsentati in contextu; quod natum suspicor à male intellecto Ferrario.
 3. Et in tuos dicta dicere. Schortus nosser cap. xxi. abjiciendum censet dicta, aut dicere mutandum in facere.
 4. Quoniam statim muliebrem stolam reddidisti. Nihil variant mss. nostri.

Idem amicus noster monet Faërum edidisse è veteri cod. Romano, *muliebrem togam*. ego totam illam vocem eradicaam malle. Lambinus togam Faërii recepit in contextum.
 5. Quæ flagitia domus illa diutius ferre non potuit. Gemblacen. que flagitio domus illa diutius ferre non potuit. quod adfercabunt ad historiam Lydium lapidem otiosiores. nam mihi valde adulescit.
 6. Tanti enim se pro te intercessisse. Secutus sum tres Ferrarii codiculi, vulgati adjecterant adhuc vocem dicebat.
 7. Familia sedavi vel potius sustuli. Xil. ac Maur. non sedavi sui potius sustuli.

XIX. Quos videmus gladiis confideres, maledictis me provocare ausus es? Sed jam stupida, & flagitia omittam, sunt quaedam, quae honeste non possum dicere: tu autem eo liberior, quod ea in te admisisti, quae a verecundo inimico audire non potes. Sed reliquum vitae cursum videte: quem quidem celeriter perstringam. ad haec enim, quae in civili bello, in maximis reip. miseris fecit, & ea, quae quotidie facit, festinat animus. quae peto, ut, quamquam multo notiora vobis, quam mihi sunt, tamen, ut facitis, attentè audiatis. debet enim talibus in rebus excitare animos non cognitio solum rerum, sed etiam, *recordatio*. tamen si incidamus oportet media ne nimis serò ad extrema veniamus.

48. Intimus erat in tribunatu Clodio: qui sua erga me beneficia commemorat, ejus omnium incendiorum fax, cujus etiam domi quiddam jam tum molitus est. quid dicam, ipse optime intelligit. Inde itum Alexandriam contra senatus auctoritatem, contra religionem sed habebat duces Gabinius, quicum quid quidvis rectissime facere possent. Qui tum in de reditus, aut qualis? prius in ultimam Galliam ex Aegypto, quam domum. Quae autem erat domus? suam enim quisque domum tum obtinebat, neque erat usquam tua. domum dico? quid erat in terris, ubi in tuo pedem poneres, praeter unum Misenum, quod cum sociis, tanquam Sisiponem tenebas? Venisti & Gallia ad quaesturam petendam. aude dicere, & te prius ad patrem tuum venisse, quam ad me. acceperam enim jam ante Caesaris litteras, ut mihi satisfieri paterer te. itaque ne loqui quidem sum te passus de gratia. Postea custoditus sum à te, tu à me observatus in petitione quaesturae. quo quidem tempore P. Clodium, approbante populo Rom. in foro es conatus occidere: cumque eam rem tua sponte conare, non impulsu meo: tamen ita praedicabas, te non existimare, nisi illum interfecisses, umquam mihi pro tuis in me injuriis satis esse facturum. In quo demior, cur Milonem impulsu meo rem illam egisse dicas, cum te ulterò mihi idem illud deferentem numquam sim adhortatus quamquam, si in eo perseverares, ad tuam gloriam rem illam referri malebam, quam ad meam gratiam. Quae tor es factus. deinde continuo sine senatus consulto, sine sorte, sine lege ad Caesarem accurristi. id enim unquam in terris, egestatis, aris alieni, nequitiae, perditis vitae rationibus persequim esse dicebas.

XVI. Ibi te cum & illius largitionibus, & tuis rapinis explevisse (si hoc est exple, quod statim effundas ad volas egens ad tribunalum, ut in eo magistratu, si posses, viri tui similis esses. Accipite nunc, quae, non ea, quae ipse in se, atque in domesticum dedecus impure atque intemperanter, sed quae in nos, fortuna aequae nostras, id est, in universam remp. impie, ac nefarie fecerit. ab huius enim sceleris omnium malorum principum natum reperietis. Nam, cum L. Lentulo, C. Marcello, consulibus, Kalendis Januarii, labentem, & propè cadentem republi. fulcire cuperetis, ipsique C. Caesari, si sana mente esset, consulere velletis: tum is venditum, atque emancipatum tribunalum, consiliis vestris opposuit, cervicemque suas ei subiecit securi, qua multi minoribus in peccatis occiderunt. In te autem, M. Antoni,

id decrevit senatus, & quidem incolumis, non dum tot luminibus extinctis, 4 quod in hostem rogatum decerni est solum more majorum. Et tu a pud partes conscriptos contra me dicere ausus es. cum ab hoc ordine ego conservator essem, tu hostis reip. iudicatus? Commemoratio illius tui sceleris intermissa est, non memoria deleta, dum genus hominum, dum populi Rom. nomen existat (quod quidem erit, si per te licuerit, sempiternum) tua ita pestifera intercessio nominabitur. Quid cupidè à senatu, quid temere fiebat, cum tu, unus adolescens, univertum ordinem decernere de salute reip. prohibuisti? neque id semel, sed saepius? neque tu tecum de senatus auctoritate agi passus es? quid autem agebatur, nisi ne delere, & evertere temp. funditus velles, cum te neque principes civitatis rogando, neque majores natu monendo, 5 neque frequens senatus agendo, de vendita, atque addita sententia movere potuisti? Tum illud, multis rebus antè tentatis, necessariò tibi vulnus inflatum, quod paucis ante te, quorum incolumis fuit nemo Tum contra te dedit arma hic ordo consulibus, 7 reliquisque imperiis, & potestatibus: quae non effugiles: nisi te ad arma Caesaris contulisses. Tu, tu, inquam, M. Antoni, princeps C. Caesari, omnia perturbare cupienti, causam belli contra patriam inferendi dedisti. Quid enim aliud ille dicebat? quam causam dementissimi sui consilii, & facti assererat, nisi quod intercessio neglecta, jus tributum subiatum & circumscriptus à senatu esset Antonius? omitto, quam haec falsa, quam levia: praesertim cum omnino nulla causa iusta cuiquam esse possit contra patriam arma capiendi. 7 Sed nihil Caesari: tibi certè confutendum est, causam perniciosissimi belli in persona tua constitisse. O miserum te, si intelligis, miseriozem, si non intelligis, hoc literis mandari, hoc memoria prodi, huius rei ne posteritatem quidem omnium saeculorum unquam immemorem fore, 8 consules ex Italia expulsos, cumque his Cn. Pompejum, qui imperii P. R. decus, ac lumen fuit: omneis consulares, qui per valitudinem exsequi cladem illam fugamque potuissent: praetores, praetorios, tribunos plebis, magnam partem senatus, omnem sobolem juventutis, unoque verbo remp. expulsam, atque exterminatam suis sedibus. Ut igitur in feminibus est causa arborem & firipium: sic huius luctuosissimi belli semen tu fuisse. Doleatis, treis exercitus populi Rom. interfectos: interfecit Antonius. desideratis clarissimos civeis: eos quoque eripuit vobis Antonius. auctoritas huius ordinis afflictà est: afflictà Antonius, omnia denique, quae postea vidimus (quid autem mali non vidimus?) si rectè ratiocinabimur, uni accepta referemus Antonio. ut Helena Trojanis, sic ille huic reipub. causa belli, causa pestis, atque exitii fuit. Reliquae partes tribunatus principio similes, omnia perfecit, quae senatus, salva repub. ne fieri possent, perfecerat. cuius tamen scelus in scelere cognoscite. Restituebat 9 multos calamitosos, in his patrii nulla mentio, si severus: cur non in omnibus? si misericors, cur non in suis? sed omitto ceteros. 10 Licinium Dentuculam, de alea condemnatum, collusorem suum, restituit: 11 quasi verò ludere cum condemnato

R r 2 demnato

1. Iudeum Alexandriam, &c. Pall. & Maur. iter, ut etiam edidit Lamb. neque aliter editio prima.
 2. Te prius ad patrem tuum. Est à Buchanani conjectura. nam miss. meliores patrem tuum, vulgata, partem tuam. Mur. lib. XIX. Var. lect. c. 6. conjicit amarem tuum.
 3. Postea custoditus sum à me, et à me observatus. Ita quidem Pal. pr. fed. sec. postea cultus à te, quod & in uno Ferrarib. neque mihi admodum dissolvet: quamvis pro vulgato pugnet Gulielm. in Afrigaram Plautinam c. 5. Mur. l. XIX. Var. lect. c. 7. quod invenitur in uno ms. beatus, in altero naturae conjiciebat, sublevaris.
 4. Quod in hostem rogatum dicitur solutum. Explicat Schotus nosser. d. cap. 12.
 5. Neque frequens senatus. Nihil motu: sed tamen in duobus libris reperitur. Nam quae aut senatus, inquit Gulielm. neque aliter Pal. pr. aut ita quos excussit Ferrarius.
 6. Licinum scriptum à Senatu esse Antonium. Sic & Pal. fec. & Maur.

quemadmodum & Ferrariani.
 7. Sed nihil Caesari. Ita Pall. & plures à Ferrario excussit, vulgata, sed nihil de Caesari.
 8. Consules ex Italia excussos. Est à Mauric. vulgata expulsi, minus recte. sic Philippica XII. c. 7. interitum em amam ex Italia excussos; ubi perperam vulgata excussos.
 9. Multos calamitosos. Scriptus Ferrarii unus damasus, quod placuit Gulielm. & Plautus quidem ea voce usus est in partem calem.
 10. Licinum Dentuculam. Ita hodie passim publicatur, restitque in Pal. sic antea coli Dentuculam, quod & in pr. stat tamen & pro priorè scriptura Mauricianus.
 11. Quasi verò ludere cum condemnato non liceret. Sic Pall. nostri. Lamb. edidit non ut luderet cum condemnato, quasi verò, &c. nimis de suo largus inquit Schotus nosser, qui malebat legere cum Mur. non quasi ludere cum condemnato, videatur ipse c. 12. quemadmodum etiam Mur. lib. XIX. Var. lect. c. 7.

deinano non liceret: sed ut, quod ille in alea perdidit, beneficio legis dissolveret. Quam attulisti rationem populo R. cur eum restituere oporteret? absentem credo in reos relatum: rem indicta causa iudicatum; nullum fuisse de alea lege iudicium: vi oppressum, & amissis postremo, quod de patruo tuo dicebatur, pecunia iudicium esse corruptum. Nihil horum. At vir bonus; & rep. dignus. Nihil id quidem ad rem: ego tamen, quoniam condemnatum esse, pro nihilo est, si ita esset, ignoscere, hominem vero omnium nequissimum, qui non dubitaret vel in foro alea ludere, lege, quae est de alea, condemnatum qui in integrum restituit, is non apertissime

57. *Studium suum ipse proficitur?* in eodem vero tribunatu cum Caesar in Hispaniam proficiscens, huic conculcandam Italiam tradidisset: quae fuit ejus peragratio itinerum; lustratio municipiorum? Scio me in rebus celebratissimis sermone omnium veritari, eaque quae dico, dictaturus quae sum, notiora omnibus esse, qui in Italia tum fuere, quam mihi, qui non fui, notabo tamen singulas res: et in nullo modo poterit oratio mea satisfacere vestrae scientiae. etenim quod umquam in terris tantum flagitium extitisse auditum est? tantam turpitudinem? tantum dedecus? Vehabatur in esedo tribunus pleb. lictores laureati antecede-
XXIV. b. bant: inter quos, *aperta lectica*, mimia portabatur: quam ex oppidis municipales, homines honesti, obviam necessario procedentes, non toto illo, & mimico nomine, sed Volunniam consalutabant, & sequebatur theda cum lenonibus, comites nequissimi, rejecta mater amicum impurum huius, tanquam nurum, sequebatur. O miserae mulieris facunditatem calamitosam! Horum flagitiorum iste vestigis omnia municipia, praefecturas, colonias, totam denique Italiam

59. *impresit.* Reliquorum factorum ejus, P. C. difficilis est sane reprehensio, & lubrica. versatus in bello est: saturavit se sanguine dissimiliorum sui civium. fuit felix, si *fortis* ulla esse in scelere felicitas. Sed quoniam veteranis cautum esse volumus, quamquam dissimilis est militum causa, & tua illi secuti sunt: tu quae sibi ducem; tamen, ne apud illos in invidiam voces, nihil de belli genere revertisti. ubi menon occidisti. magnum beneficium, potuisse enim fateor, quamquam nemo erat eorum, qui tunc tecum fuerunt, qui mihi non censeret parci oportere. tanta

60. *enim est caritas patris, ut vestris etiam legionibus sanctus essem, quod eam a me servatam esse meminissent.* sed fac id te dedisse mihi, quod non ademisti; meque a te habere vitam, quia a te non sic erepta; libeat mihi per tuas conzumelias hoc beneficium tueri, ut tuebar, praesertim cum te

XXV. *hac audiretur videres?* Venisti Brundisium, in sinum

61. *quidem, & in complexum tuae munula.* Quid est? num mensior? quam miserum est id negare non posse, quod sit turpissimum confiteri! Si te municipiorum non pudebat: ne veterani quidem exercitus? quis enim miles fuit, qui Brundisii illam non viderit? quis, qui nescierit venisse eam tibi tot dierum viam gratulatum? quis, qui non indoluerit, tam sero se, quem hominem securus esset, cognoscere?

62. *Italiae rursus percurratio eadem comite mimia: in oppida militum crudelis, & misera deducit; in urbe auri, argenti, maximeque vini, foeda direptio.* Accessit, ut, *Caesa e ignaro*, cum ille esset Alexandriae, beneficio amicitum ejus

magister equitum constitueretur. tam existimavit se suo jure cum Hippia vivere, & equos vestigales; Sergio mimotradere. Quid ego istius decreta, quid rapinas, quid hereditatum possessiones datas, quid ereptas proferam? coegit egestas: quod se venteret, non habebat. nondum ei tanta a L. Rubrio, non a L. Turselio hereditas venerat; nondum in Cn. Pompeii locum, multorumque aliorum, qui aberant, repentinus heres successerat, erat ei vivendum latronum ritu, ut tantum haberet; quantum rapere potuisset. Sed haec, quae robustioris improbitatis sunt, omittamus: loquamur potius de nequissimo genere levitatis. Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiae nuptiis exhauseras, ut tibi necesse esset in populi Rom. conspectu vomere posttridie. O rem non modo vitii foedam, sed etiam auditu? Si inter cenam, in ipsis tuis immanibus illis poculis, hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret? in coetu vero populi Rom. negotium publicum gerens, magister equitum, cui ructare turpe esset, is vomens, fructus esculentis, vinum redolentibus, gremium suum, & totum tribunal implevit. Sed hoc ipse fateatur esse in suis sordibus: veniamus ad splendida. C. XXVI. b. Caesar Alexandriae recepit, felix, ut sibi quidem videbatur: mea autem sententia, Si quis reipub. sit infelix, felix esse non potest. hasta posita pro aede Jovis Statoris, bona (miserum me; consumtis enim lacrymis, tamen infelix animo haeret dolor) bona, inquam, Cn. Pompeii Magni, voci acerbissima subiecta praeconis una in illa re servituti oblita civitas ingemuit, & servientibusque animis, gemitus tamen populi Romani liber fuit. expectantibus omnibus, quisnam esset tam impius, tam demens tam diis, hominibusque hostis, qui ad illud scelus sectionis auderet accedere, inventus est nemo, praeter Antonium praesertim cum tot essent circum hasta illam, qui alia omnia auderent, unus inventus est, qui id auderet, quod omnium fugisset, & reformidasset audacia. Tantis igitur te stupor oppressit, vel, ut verus dicam, tantus furor, ut primum, cum selector sis isto loco natus, deinde cum Pompeii selector, non te execrandum populo Romano, non detestabilem, non omnies tibi deos, omnes homines, & esse inimicos, & futuros scias? At quam insolenter statim huiusmodi in ejus viti fortunatus; cuius virtute *terribitor* erat Populus Romanus exteris gentibus, iustitia canos? In ejus igitur copias cum se subito ingurgavisset, exultabat gaudio, persona de mimo, 7 modo regens, repente dives. Sed, ut est apud poetam nescio quem, *Male parva, male dilabantur.* Incredibile, ac simile portenti est, quoniam modo illa tam multa, quam paucis non dico mensibus, sed paucis diebus effuderit: maximus vini numerus fuit, per magnum optimi pondus argenti, pretiosa vestis multa & lauta suppellex, & magnifica multis locis, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis, horum paucis diebus nihil erat. Quae Charybdis tam vorax? Charybdis dico? quae si fuit, fuit animal unum: Oceanus, medius fidius, vix videtur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis politas, tam cito absorbere potuisse. Nihil erat clausum, nihil obignatum, nihil scriptum, apotheca totae nequissimis hominibus condonabatur, alia mimio rapiebant, alia mimia domus erat alea toribus referta, plena ebriorum: totos dies pasabatur, aequae idolicis pluitibus: suggeriebantur etiam saepe (non enim

1. *Sequebatur theda cum lenonibus.* Exhibent hanc lectionem Pall. nostri, & tenet omnino contra V. Ferrariensis enim lib. XVI. Var. lect. non dederat emendandum eam lenonibus.
2. *Licetatio mihi pro...* Ferrarius timide & modeste coniecit, *simulatio*, quod receperunt P. Manut. & Lamb. sed non respondet lib. prius impressi, *licetatio* tunc mihi.
3. *Sergio mimio tradere. Quid ego, etc.* Lambini edicio amplius habet, *tradere* vna sibi, non hanc quae nunc male inest, sed M. P. sone deo mihi *habetur*, *legerat*. Quid ego, etc. de prompta ei forte C. Ferrari aut Mureti libellis, quos nondum videre licuit.

4. *Si inter cenam.* Quinilianus lib. IX. laudat hanc sibi inter cenam, mox reddidit Tullio ipsius, sua uo Pal. sec. ac Manut. & Ferrari scripti sunt eorum, dem quae sibi mutavi in *quasi sumam*.
5. *Caesa Alexandria si recepit.* Ita nunc habet omnes libri editi de cony. Cn. Ferrari m. s. eum & antiquus c. u. s. *h. e. andriam*.
6. *Servitibusque animis.* Quis tamen, etc. Nihil variae m. s. non str. Lamb. non can. e. interpositi: *animis*, cum *omnia mea bene coior*, an ex Ferrari aut Mureti lib. 5?
7. *Medus regens, repente dives.* Non temere coniecit d. c. Schottus noiter, illud ex poeta aliquo de promptum.

enim semper ipse felix) damna aleatoria. conchyliatis Cn. Pompeji peristomatibus, servorum in callis, lectos stratos videres. Quamobrem desinit mirari, hec iam celeriter esse consumpta. non modo unius patrimonium, quamvis amplum, ut illud fuit, sed urbes, & regna celeriter tanta nequitia devorare potuisset. At ejusdem adedis etiam, & hortos. O audacia immannem tu ingredi illam domum ausus es? tu illud sanctissimum limen intrare? tu Alarum zedium diis penatibus os importunissimum ostendere? quam domum aliquamdiu nemo adspicere poterat, nemo sine lacrymis praterire, hac te in domo tamdiu deversari non pudet? in qua, quamvis nihil sapias, tamen nihil tibi potest esse jucundum. An tu, illa vestibula, rostra, spolia cum adspexisti, domum tuam te introire putas? fieri non potest, quamvis enim sine mente, sine sensu sis, utes: tamen & te, & tua, & nos nosti. nec verò te umquam neque vigilantem, neque in somnis credo mente posse consistere. necesse est, quamvis sis, ut es, & vinolentus, & furens, cum tibi objecta sit species singularis viri, perterritum te de somno excitari, furere etiam sæpe vigilantem. Me quidem miseret parietum ipsorum, atque testorum, quid enim unquam domus illa viderat, nisi pudicum, nisi ex optimo more, & sanctissima disciplina? fuit enim ille vir, P. C. sicut scitis, cum foris clarus, tum domi admirandus: neque rebus externis magis laudandus, quam institutis domesticis. hujus in lectibus 2 pro cubiculo stabula, pro tricliniis popinæ sunt. Et si jam negat nolite nolite querere, frangi factus est. illam suam vas res sibi habere 3 iussit, ex duodecim tabulis: clavis ademit, forasque exegit, quam porro spectatus civis, quam probatus: cujus ex omni vita nihil est honestius, quam quod cum nimia fecit divortium? 70. At quam crebro usurpat, & consul & Antonius? hoc est dicere, & consul, & impudicissimus: & consul, & homo nequissimus. quid enim est aliud Antonius? nam si dignitas significaretur in nomine: dixisset, credo, aliquando, & avus tuus, Et consul, & Antonius. numquam dixit, dixisset etiam collega meus; patruus tuus, nisi tu solus es Antonius. Sed omitto ea peccata, quæ non sunt earum partium propria, quibus tu tempus, vexavisti: ad ipsas tuas partes redeo, id est, ad civile bellum: quod natum, & consiatum, susceptum opera tua est. Cur ex bello tum propter timiditatem tuam, tum propter libidinis defuisti? gustaras civilem sanguinem, vel potius exorbueras: fueras in acie Pharsalica antesignanus: L. Domitium nobilissimum & clarissimum virum, occideras: multos, qui de prælio effugerant, quos Cæsar, ut nonnullos, fortasse servasset, crudeliter me persecutus trucidaras. quibus rebus tantis, talibus gestis, quid fuit causæ, cur in Africam Cæsarem non sequerere, cum præsertim belli pars tanta restaret? itaque quem locum apud ipsum Cæsarem post ejus ex Africa reditum obtinuisi? quo numero fuisti? cujus tu imperatoris quæstor fueras, distatoris magister equitum, belli princeps, crudelitatis auctor, prædæ locius, testamenti, ut dice-

bat ipse, filius, appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro sectione debebas. Primum respondisti plane ferociter: & ne omnia videar contra te, propemodum æqua, & iusta dicebas. A me C. Cæsar pecuniam? cur potius, quam ego ab illo: an ille sine me vici? at ne potui quidem, ego ad illum belli civilis causam attuli: ego leges perniciosas rogavi, ego arma contra consules, imperatoresque populi Rom. contra senatum, populumque Rom. contra deos patrios, arasque, & focos, contra patriam tuli. num sibi soli vici? quorum facinus est commune, cur non sit eorum prædæ communis? Jus postulabas: sed quid ad rem? plus ille poterat. Itaque, excussis tuis vocibus, & ad te, & ad prædes tuos milites misit: cum repente, à te præclara illa tabula prolata, qui risus hominum de te erat? tantam esse tabulam, tam varias, tam multas possessiones, ex quibus, præter partem Miseni, nihil erat, quod is, qui auctionaretur, posset suum dicere. Auctionis verò miserabilis adpectus: vestis Pompeji non multa eaque maculosa: ejusdem quædam argentea vasa collata: fordidata mancipia: ut doleremus quidquam esse ex illis reliquiis, quod videre possemus. hanc tamen auctionem heredes L. Rubrii decreto Cæsaris prohibuerunt. Hætebat nebulo, quò se venteret, non habebat. 6 quippe in his ipsis temporibus domi Cæsaris percussor ab isto missus, deprehensus dicebatur esse cum Cæsare, de quo Cæsar in senatu, appetit in te invehens, questus est. Proficiscitur in Hispaniam Cæsar, paucis tibi ad solvendum, propter inopiam tuam, prorogatis diebus. ne tum quidem sequeris. tam bonus gladiator rudem tam citò accipisti? Hunc igitur quisquam, qui in suis patribus, id est, in iis fortunis tam timidus fuerit, pertrimecat? profectus est tandem aliquando in Hispaniam: sed turò, ut ait, pervenite non potuit. Quonam modo igitur Dolabella pervenit? Aut non suscipienda fuit ista causa, Antoni: aut, cum suscepisset, defendenda usque ad extremum. Ter depugnavit Cæsar cum civibus, in Thessalia, Africa, Hispania. omnibus affuit his pugnis Dolabella: in Hispaniensi etiam vulnus accepit. Si de meo iudicio quæris: nollem, sed tamen consilium 7 à primo reprehendendum, laudanda constantia. 8 Tu verò quis es? Cn. Pompeji liberi primum patriam perebant. esto: fuerit hæc partium causa communis. repetebant præterea deos, penates patrios, aras, focos, larem suum familiarem: in quæ tu invaseras. hæc cum repeterent armis ii, quorum erant legibus: et si inanis iniquissimis quid potest esse æquitas? men erat æquissimum contra Cn. Pompeji liberos Cn. Pompeji pugnature sectorem, 9 An tu Narbone mensas hospitum convoveres, Dolabella pro te in Hispania dimicaret? qui verò Narbone reditus? & tamen quærebat, cur ego ex ipso cursu tam subito revertissem. Expulsi nuper, P. C. causam reditus mei, volui, si possem, etiam ante Kalendas Jan. prodesse recipi. nam, quod quærebas, quomodo redissem: primum luce, non tenebris: deinde cum calcæis, & toga, & nullis nec Gallicis, nec lacerna. At etiam adspicis me, & quidem,

XXXIX

XXXIX

XXXIX

73.

74.

75.

XXX.

76.

76.

R 1 3 ut

1. Vinolentus & furens.) Illud recepi, quod invenisset in suis aliquo Ferrarius, restaretque in Pal. illo loc. atque Maur. prius erat dilectus. in ep. ebrietas enim & furor duo sunt, quæ non patiuntur simulacra in somnis liquido nobis imprimi. Itaque miror hæc tunc exlata libris lectionem ratione maxime subnixam.
2. Pro cubiculo stabula, pro tricliniis popinæ sunt.) Sic Pall. & olim edidi. Itaque non est quod conjecturas ullas admittamus.
3. Insuper, ex duodecim tabulis, clavis ademit, forasque exegit.) Ita ferè Nominus in Evigero, probabatque hanc lectionem. Vici. l. g. Var. lect. e. 2. item Murel. lib. v. Variar. lect. e. 8. & alludit Pall. sec. in quo, clavis scilicet ademit, regit, vulgo antea erat, vulgo: ex duodecim tabulis, clavis ademit, forasque exegit. Ferrarius, item Lamb. Adamus Theodorus Siberus, hæc litteras nostras eximie doctus, putabat glossam illudera. XII. tabulis. Supra quoque edidit illam suam suam res habere, & c. ejecta voce mitem, quæ non erat in illi noctris.
4. Avus tuus, & Consul & Antonius.) Pall. pr. avus tuus se consulens & Antonium, neque aliter sec. nisi quod is, Maurus à manu prima, vulgata & consulens & Antonium, nostra est à conjectura Ferrarii. mea sen-

tentia, quadriga ista verborum est à librariis, scriptisque Cicero tantum id dixisse credo aliquando avus tuus, numquam dixit: discesserant vulgata mente, & c.
5. Et ad prædes tuas, milites misit.) Ita conjecit quidem Ferrarius, sed sumpsit Maur. noster, vulgo, prædæ tuas.
6. Quippe in his ipsis temporibus, & c.) Ita omnes librigenæ suspicie fuit Gulielm. fuisse quippe nihil ipse, ut Cicero significet, merito trepidasse, ut quæ quæstionem etiam manifestus fuerit.
7. A primo reprehendendum.) Est & hoc in Pall. ac Maur.
8. Tu verò quis es? Pal. sec. tu verò quid es?
9. An tu Narbone mensas hospitum convoveres.) Haud aliter etiam Pall. sec. publicata enim, in mensas hosp. cum veneres. Maur. præsebat, hospitium convoveres.
10. Reditus.) Et tamen quærestas, ut ego,) Ferrarii m. reditus, quærestas, quærestas, unde fuit Gulielm. reditus ejus, qui jam quærestas, & c. non placet, certè à vulgato stant Pall. & veris impressio.
11. Nullis nec Gallicis.) Recepta lectio, vulgo, sed Gellius l. XIII. c. 20. laudat alterum.

ut videris, iratus. Ne tu jam mecum in gratiam redeas, si scias, quam me pudeat nequitia tua, cupis te ipsum non puderet. ex omnibus omnium flagitiis nullum turpius vidi, nullum t' aud. vi qui magister equitum fuisse tibi viderere, in proximum annum consularum peteres, vel potius rogares; is per municipia, coloniasque Gallia, a qua, nos tum, cum consularatus petebatur, non rogabatur; petere consularatum volebam, cum Gallicis, & lacerna cucurrissi.

XXXI-77. At videte levitatem. Cum hora dici decima ferè, ad Saxa rubra venisset; delituit in quadam caupenula, atque ibi se occultans, perpotavit ad vesperum; inde cisio celeriter ad urbem advectus, domum venit capite involuto. Janitor, Quis tu? a Marco tabellarius. Contestim ad eam, cujus causa venerat, deducitur; eique epistolam tradit, quam cum illa legeret flens (erat enim amatorie scripra: caput autem litterarum, sibi cum illa mimia posthac nihil futurum; omni se amore abjecisse illinc, atque in hanc transfudisse) cum miser fieret uberius; homo misericors ferre non potuit: caput aperuit; in collum inyasit. O hominem nequam! (quid enim aliud dicam magis proprie nihil possum dicere.) ergo, ut te catamitum, nec opinaro cum ostendisses, præter spem, mulier adspiceret: idcirco urbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu

78. perturbasti? Et domi quidem causam amoris habui; foris etiam turpiorem, ne L. Plancus 2. prædes tuos venderet, productus autem in concionem à trib. pl. cum respondisses, te rei tua causa venisse, populi etiam dicacem in te reddidisti.

XXXII. Sed nimis multa de nugis ad majora veniamus. Cæsari ex Hispaniam redeunt obviam longissimè processisti. celeriter isti, & redisti, ut cognosceret te, si minus fortem, attamen strenuum, factus es. ei rursus nescio quomodo familiaris, habebat hoc omnino Cæsar: quem planè perditum are alieno, egentemque, si eundem nequam hominem, audacemque cognoverat, hunc in famularitatem libentissimè recipiebat. His igitur rebus præclare commendatus, iussus es renuntiari consul, & quidem cum ipso, nihil queror de Dolabella, qui tam est impulsus, inductus, elatus. qua in re quanta fuerit utriusque vestrum perfidia in Dolabellam, quis ignorat? ille induxit, ut peteret: promissum, & receptum intervertit, ad seque transtulit: tu ejus perfidia voluntatem tuam adscripsisti. Veniunt Kalendæ Januariae, cogimur in senatum: invecsus est copiosius multo in istum, & paratius Dolabella, quam nunc ego. hic autem iratus quæ dixit, dii boni? primum cum Cæsar ostendisset se, prius quam proficeretur, Dolabellam consulem esse iussurum: quem negant regem, qui & faceret semper ejusmodi aliquid, & diceret: led eum Cæsar ita dixisset; tum hic bonus augur, eo se sacerdotio prædium dixit, ut comitia auspiciis vel impedire, vel vitare posset, idque se facturum esse asseveravit. In quo primum incredibilem stup. ditatem hominis cognoscite. Quid enim? istuc, quod te sacerdotii jure facere posse dixisti, si augur non esses, & consul esses, minus facere potuisses? Vide ne etiam facilius, nos enim nuntiationem solum habemus: consules, & reliqui; magistratus etiam inspectionem. Esto: hoc imperite (NEC ENIM est ab homine numquam sobrio postulanda prudentia) sed videte impudentiam multis ante mensibus in senatu dixit, se Dolabellæ comitia aut prohibiturum auspiciis, aut id facturum esse, quod fecit, quisquamne divinare potest, quid vitii in auspiciis futurum sit, nisi qui de caelo servare constituit? quod neque tunc comi-

tiis, sed prius quam habeantur, debet nuntiare. Verum impleta, inscitia, impudentia est, si nec scit quod augurum nec facit quod pudentem decet. Atque ex illo die recordamini ejus usque ad Idus Martias consularum. Quis unquam apparitor tam humilis, tam abjectus? nihil ipse poterat: omnia rogabat: caput in adversam fœlicam inferens, beneficia, quæ venderet, à collega petebat. Ecce Dolabella comitorum dies, sortitio prærogativa, quiescit, renuntiatur: deinde, ut assidlet, suffragia, tum secunda classis: quæ omnia citius sunt facta, quam dixi. Conficito negotio bonus augur (Lælium diceret) ALIO DIE, inquit, O impudentiam singularem! quid videras? quid senteras? quid audieras? nec enim te de caelo servasse dixisti, neque hodie dicis, id igitur obvenit vitium, quod tu jam Kalendis Januar. futurum esse provideras, & tanto ante prædixeras. Ergo, hercule, magna, ut spero, tua potius, quam reipublicæ calamitate ementibus es auspiciis: obtrixisti populum Romanum religione, augur auguri, consul consuli obnuntiavisti. Nolo plura, ne acta Dolabella videat convellere: quæ necesse est aliquando ad nostrum collegium deferantur. Sed arrogantiam hominis, insolentiamque cognoscite, quamdiu tu voles, virtuosus consul Dolabella: nullus, cum voles, salvis auspiciis creatus. Si nihil est, cum augur iis verbis nuntiat, quibus nuntiaisti: confitere te, cum ALIO DIE, dixeris, sobrium non fuisse. sin est aliqua vis in istis verbis, ea quæ sit, augur à collega requiri. Sed, ne fortè ex multis tebus gestis, M. Antonium rem unam palcherimam transtulit oratio, ad Luperalia veniamus. Non dissimulat, P. C. apparet esse comitotum: sudat, palles, quidlibet, modò ne nauseet, faciat, quod in porticu Minutia fecit, quæ potest esse turpitudinis tantæ defensio? cupio audire ut videam, ubi rhetoris tanta merces, ubi campus Leontinus appareat. Sedebat in Rostris collega tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea, coronatus: ascendis: accedis ad pulpam (ita eras Lupercus, ut te consulem esse meminisse deberes) diadema ostendis, gemitus toto foro, unde diadema? non enim abjectum sustuleras, sed attuleras domo meditatum, & cogitatum scelus, tu diademam imponbas cum plangore populi: ille cum plausu rejiciebat, tu ergo unus, scelerate, inventus es, qui cum auctor regni esses; eum quem collegam regni habebas, dominum habere velles: & idem teneres, quid populus Romanus, ferre & pati possit. At etiam misericordiam captabas: supplex te ad pedes abjiebas: quid petens? quid servires? tibi uni peteres: qui ita à puero vixeras, ut omnia paterere, ut facile servires: à nobis, populoque Rom. mandatam id certè non habebas. O præclaram illam eloquentiam tuam, cum es nudus concionatus! Quid hoc turpius? quid foedius? quid supplicis omnibus dignius? num exspectas, dum te stimulis fodiam? hæc te, si ullam partem habes sensus, lacerat, hæc eruent oratio. Vereor, ne imminam virorum summorum gloriam, dicam tamen dolore commotus. Quid indignius, quam vivere eum, qui impulerit diademam, cum omnes fateantur jure interfecum esse, qui abjecerit? At etiam adscribi iussit in fastis, ad Luperalia, C. CAESARI, DICTATORI PERPETUO, M. ANTONIUM CONSULEM, POPULI JUS SUU REGNUM DETULISSE, CAESAREM UTI NOLUISSE. Jam jam minime miror, te otium perturbare: non modò urbem odisse, sed etiam lucem: cum perditissimis latronibus non solum de die, sed etiam in diem vivere. Ubi enim

1. Audi vi qui magister, etc.) Abjeci, quam quid, volentibus aliquid m. Ferrariz (respondere) noiter Pal. sec.
 2. Prædes tuos venderet.) Mauricianus, suoz, quomodo conjecerat legendum Ferrariz, aut relectendum, habuisti, & verò suoz, admittit Mauricianus habuisti Lambinus.
 3. Magistratus etiam inspe: ionem.) Sic Pall. Gembl. Lil. Maur. non spectantem, quod recipiant. Manuz. ac Lambinus sua su Ferrariz, qui sic legit in libro uno.

4. Auctor regni esse) Ejeci verbum invenit auctoritate item Pal. ses. Maur. & librorum quos consulit Ferrariz.
 5. Quid indignius, quam vivere eum qui, etc.) Ita ipse Cicero primò scripsit lib. xvi. ad Atticum Epist. II. quod & in Pall. pr. nam sec. Nunc indignus tu invenit quomodo & in suis reperit Ferrariz; conjecit autem. Nunc indignum est vivere eum, quod recepit Lambin. ac si Tullio obsequemur relectendum fuerat; commisit sibi quod ipse esse, videt, hinc qui impulerit, etc.

... in per...
 ... M. Antonius...
 ... in id tempus...
 ... in illa...
 ... in Capitolio...
 ... in senatu...
 ... in porticu...
 ... in sella...
 ... in fastis...
 ... in libro uno...
 ... in Capitolio...
 ... in senatu...
 ... in porticu...
 ... in sella...
 ... in fastis...
 ... in libro uno...

eximtu in pace consistis? qui locus tibi in legibus, & judiciis esse potest, quæ tu, quantum in te fuit, dominatu regio sustulisti? Ideone L. Tarquinius exactus: Sp. Cassius, Melius, M. Manlius, necari, ut multis, post sæculis, à M. Antonio, quod fas non est, rex Romæ constitueretur? Sed ad auspicia redeamus. De quibus rebz idibus Martiis fuit in senatu Casar acturus, quæro tum tu quid egisses, audiebam quidem te paratum fuisse, quod me de euentis auspiciis, quibus tamen parere necesse erat, putares esse dicturum. Sustulit illum diem *fortuna populi Romæ*, num etiam tuum de auspiciis iudicium interitus Casaris sustulit? Sed incidi in id tempus, quod is rebus, in quas ingressa erat oratio, prætereundum non sit. Quæ tua fuga? quæ formido illo die? quæ propter *consuetudinem* scelerum desperatio vitæ? eam ex illa fuga, beneficio eorum, qui te, si sanas esses, 89. saluum esse voluerunt, clam te domum recepisti? O mea frustra semper verissima auguria rerum futurarum! dicebam illis in Capitolio liberatoribus nostris, cum me ad te ire vellent, ut ad defendendam remp. te adhortaret: quoad metueres, omnia te promissurum: simulac timere desisses, simile te futurum tui. Itaque cum ceteri consulares irent, reddent: in sententia mansi: neque te illo die, neque postero vidi: neque illam societatem optimis civibus cum importunissimo *hoste* foedere ullo confirmari posse credidi. Post diem tertium veni in ædem Telluris, & quidem 90. inuitus, cum omnes aditus armati obsiderent. Qui tibi ille dies M. Antoni fuit? quamquam mihi subito inimicus 91. exististi, tamen me tui miseret, quod tibi invideris. Qui tu vir, dii immortales, & quantus fuisses, si illius diei mentem seruare potuisses? pacem haberemus, quæ erat facta per obsidem puerum nobilem, M. Antonii filium, M. Bambalionis nepotem, quamquam te bonum *imor* faciebat, non diuturnus magister officii: improbum fecit ea, quæ, dum timor abest, à te non discedit, audacia. Et sum, cum optimum te putabant, me quidem dissentiente, i funeri tyranni illius sceleratissimi præfuisi. tua illa pulchra laudatio, tua miseratio, tua cohortatio, tu, tu illas facies incendisti, & eas, quibus semiustulatus ille est, & eas, 92. quibus incensa L. Bellieni domus deflagavit. tu illos impetus perditorum hominum, & ex maxima parte, *feruarum*, quos nos vi, manuque repulimus, in nostras domos immissi. idem tamen, quasi fuligine absterfa, reliquis diebus in Capitolio præclara S. C. fecisti, nequa post Idus Martias immunitatis tabula, neve cuiusquam beneficii figeretur. meministi ipse, de exsulis: scis, de immunitate quid dixeris. optimum verò, quod dictaturæ nomen in perpetuum de rep. sustulisti. quo quidem facto tantum te cepisse odium regni videbatur, ut ejus omnem, propter proximum 93. dictatorem, tolles *metum*. Constituta resp. videbatur aliis, mihi verò nullo modo, qui omnia, te gubernante, naufragia metuebam. Num me igitur sefellit? aut num diutius sui potuit esse dissimilis? inspectantibus vobis, toto Capitolio tabulæ figebantur: neque solam singulis veniebat immunitates, sed etiam populis uniuersis. civitas non jam singillatim, sed provinciis totis dabatur. Itaque si hæc manent, quæ stante republ. manere non possunt, provincias uniuersas, P. C. perdidisti: neque vestigalia solum, sed etiam imperium populi R. hujus domesticis nundinis deminutum est. Ubi est septies millies tertium, 2 quod in

tabulis, quæ sunt ad Opis, patebat? funesta illius quidem pecuniæ, sed tamen, si iis, quorum erat, non redderentur, quæ nos a *tribuni* posset vindicare. Tu autem quadringentia n. s. quod idibus Martiis debuisti. quoniam modo ante Kalendas April. debere desisti? Sunt ea quidem innumera- bilia, quæ à *diversis* emebantur, non insciente te: sed unum egregium de rege Dejotaro, popul. Rom. amicissimo, decretum in Capitolio fixum quo proposito nemo erat, qui in ipso dolore *risum* posset continere. Quis enim cuiquam 94. inimicior, quam Dejotaro Casar? æque, atque huic ordini, ut equestri, ut Massiliensibus, ut omnibus, quibus remp. populi Rom. curam esse sentiebat. Is igitur, à quo vivo, nec præsens, nec absens quidquam æqui boni imperavit, apud mortuum & factus est gratus. compellarat hospitem præsens: computarat, pecuniam imperarat, & in ejus tentariam ex Græcis comitibus suis collocarat: Armeniam abstulerat à senatu datam. hæc vivus eripuit, reddidit mortuus. At quibus verbis? modò *agnum sibi* videri, 95. modò non *iniquum*, mira verborum complexio. at ille nunquam (semper enim absenti affui Dejotaro) quicquam sibi, quod nos pro illo postularem, æquum dixit videri. Syngrapha n. s. centies per legatos, viros bonos, sed timidos, & imperitos, & sine Sexti, sine reliquorum hospitem regis sententia, facta in *gynæceo*: quo in loco plurimæ res veniere, & veniunt. quæ ex syngrapha quid sis acturus, meditare censeo. Rex enim ipse sua sponte, nullis commentariis Casaris, simulatque auditus ejus interitum, suo Martes suas recuperavit. Sciebat homo sapiens, jus semper hoc fuisse, ut, *quæ tyranni* eripuisse, ea, tyrannis interfectis, iis, quibus erepta essent, recuperarent. Nemo igitur jureconsultus, ne iste quidem, qui tibi uni est jureconsultus, per quem hæc agis, ex ista syngrapha debere dicit pro iis rebz, quæ erant ante syngrapham recuperatæ. non enim à te emit: sed prius, quam tu suum sibi venderes, ipse possedit. Ille vir fuit: nos quidem contemnendi, qui *autorem odimus, vlla defendimus*. Quid ergo de commu- 96. tariis infinitis, quid de innumerabilibus chirographis loquar? quorum etiam imitatores sunt, qui ea, tanquam gladiatorum libellos, palam venditent. Itaque tanti acervi nummorum apud istum construuntur, ut jam appendantur, non *numerentur* pecuniæ. At quàm *cata avaritia* est? nuper fixa tabula est, qua civitates locupletissimæ Cretensium vestigalibus liberantur: statuiturque, ne post M. Brutum proconsulem, sit Creta provincia. Tu mentis es compos? tu non contringendus? an Casaris decreto Creta post M. Bruti decessum potuit liberari, cum Creta nihil ad Brutum, Casare vivo pertineret? At hujus venditione decreti (ne nihil actum putetis) provinciam Cretam perdidisti. Omnino nemo ullius rei fuit emtor, cui defuerit hic *vendi- 97. tor*. Et de exsulis legem, quam fixisti, Casar tulit? Nullius infector calamitatem: tantum queror, primam eorum reditus inquinatos, quorum causam dissimilem Casar judicaverit: deinde nescio cur reliquis idem non tribuas. neque enim plus quam tres, aut quatuor reliqui sunt, qui simili calamitate fuerint. cur tua misericordia simili non fruuntur? cur eos habes in loco patru? de quo ferre, cum de reliquis ferres, noluisti: quem etiam ad censuram potendam impulsisti, eamque petitionem comparasti, quæ & ritus hominum, & querelas moveret. Cur autem ea comi- 98. tia non

XXV

XXXV

XL

XXVII

XLIX

XXXIX

XL

99

99

R 1 4

tia non

1. Funeris tyranni illius sceleratissimi præfuisi. Sic mss. Ferrarius, neque secus nostri, vulgata, sceleratissime, ut non referatur ad Antonium, at Lambini, amplius habet, funeri tyranni, si illud suum fuisse sceleratissime. si e libris Ferrarianæ Moreæ: probum.
2. Quod in tabulis quæ sunt ad Opis patebat. Ita legendum putabat Budeus lib. 14. de Affe. cum prius publicaretur perhæret. neque aliter Pall. nostri ac Lambini ac Manut. edidero, quod est in tabula quæ sunt ad Opis.
3. Dissipati sunt eas, &c. Vulgata lectio, dissipati sunt, sed de commentariis infatis, quid de innumerabilibus chirographis loquar? sunt eas, &c. Verum ea

huc non faciunt, neque comparent in multis mss. interjecta verò sunt ex cap. infra 18. ipso principio.
4. *Facile est gratiosus.* Pal. pr. *gratus*. secundus heic mutilus est. olim ead. *gratus* nam illud *gratus* est à conjectura Vbalchini.
5. *Id est per tentariam.* Prima editio, *Meda tentariam*, locum bene explicat P. Vici. l. 111. c. 23.
6. *Sine Sexti, sine reliquorum.* Omnes mss. *sine* sua *sine* reliquorum. illud *Sexti* nomen est à Ferrasio, cui in mentem erat locus Tallii. Xvi. ad Atticum Epist.

ne quadrato cum gladis sequuntur milites: scutorum lectitia non habuisti? an quia tribunus plebis suistum fulmen nuntiabat? cum tua quid interest, nulla auspicia sint, cum tuorum, tum sis religiosus. Quid? eundem in septenviratu nonne desististi? intervenit enim, quid metuisti? etredo, 2 ne salvo capite negare non posses. omnibus eum contumeliis enerasti, quem patris loco si ulla pietas in te esset, colere debebas. filiam ejus, sororem tuam, ejecisti, alia conditione quaesita, & ante perspecta, non est satis. probri insimulasti pudicissimam foeminam, quid est, quod addi possit? contentus eo non fuisti. frequentissimo senatu Kalendis Jan. sedente patruo, hanc tibi esse cum Dolabella causam odii dicere ausus es, quod ab eo forori, & uxori tuae stuprum oblatum esse comperisses. Quis interpretari potest, impudentiorne, qui in senatu: an improbius, qui in Dolabellam: an impiorus, qui patre audiente: an crudelior, qui in illam miseram tam spurcè, tam impie dixeris? Sed ad chirographa redeamus. quæ fuit tua cognitio? acta enim Casaris pacis causa confirmata sunt à senatu: quæ quidem Casar egisset, non ea, quæ Casarem egisse dixisset Antonius. Unde ista erumpunt? quo auctore proferuntur? si sunt falsa, cur probantur? si vera, cur veniunt? At sic placuerat, ut ex Kalendis Junius de Casaris actis cum consilio cognosceretis. quod fuit consilium? quem unquam advocasti? quas Kalendas Junias expectasti? an eas, ad quæ te, petragratis veterum cum colonis, stipatum armis retulisti? o præclaram illam, percussationem tuam mense Aprili, atq; Majo, tum, cum etiam Capuam coloniam deducere conatus es. Quemadmodam illinc abieris, vel potius pænè non abieris, scimus, cui tu urbi minitaris. utinam conere, ut aliquando illud, *Pænè*, tollatur. At quam nobilitata est tua illa peregrinatio? quid prandiorum apparatus, quid furiosam vinolentiam tuam proferam? tua ista detrimenta sunt: illa nostra. Agrum Campanum, qui cum de *vellegalibus* eximebatur, ut militibus daretur, tamen in singulis magna reipublica vulnus putabamus: hunc tu compranforibus tuis, & collatoribus dividebas: mimos dico, & nîmas, P. C. in agro Campano collocas. Quid jam querat de agro Leontino? quando quidem hæ quondam arationes Campani, & Leontini in populi Romani patrimonio 3. grandi fenore, & fructuosa ferebantur. Medico tria millia jugerum, quasi te sanum fecisset: rhetori duo, quasi disertum facere potuisset. Sed ad iter, Italiamque redeamus. Deduxisti coloniam Casilinum, quo Casar ante deduxerat. Consulisti me per litteras de Capua tu quidem, sed idem de Casilino respondissem: possessne, ubi colonia esset, eo coloniam novam jure deducere. Negavi, in eam coloniam, quæ esset auspiciato deducta, dum esset incolumis, coloniam novam jure deduci: colonos novos adscribi posse referpsi. Tu autem insolentia elatus, omni auspicio jure turbato, Casilinum coloniam deduxisti, quo erat patris annis ante deducta, ut 4. vexillum videres, & aratrum circumduceres: cujus quidem vomere portam Capuæ pænè perstrinxisti, ut florentis coloniz territorium minueretur. Ab hac religionum perturbatione advolas in M. Varronis, sanctissimi, atq; integerrimi viri, fundum Cassina-

tem. quo jure? quo ore? eodem, inquires, quo in heredem L. Rubrii, quo in heredem L. Turfelli prædia, quo in reliquis innumerabilibus possessionibus. Et si ab hæc valeant tabulæ, modo Casaris, non tu: quibus debuisti, non quibus tu liberavisti. Varronis quidem Cassinatem fundum quis venisse dicit? quis hæc in istius venditionis vidit? quis vocem præconis audivit? Misisse te dicis Alexandrum, qui emeret à Casare. Ipsum enim expectare magnum fuit. Quis vero audivit unquam (nullius autem felus cura pluribus) de fortunis Varronis rem ullam esse detractam? Quod si etiam scripsit ad te Casar, ut redderes: quid satis potest dici de tanta impudentia? remove gladios parum per illos, quos videmus. jam intelliges aliam causam esse hæc Casaris, aliam confidentiz, & temeritatis tuæ. non enim te dominus modo illis sedibus, sed qui vis amicus, vicinus, hospes procurator arcebit. At quàm multos dies in ea villa tute pisset. *XL.* nê est perbackatus? ab hostia tertia bibeatur, ludebatur, vomebatur. O recta ipsa mîlîta? quàm dissari domum? inquam quomodo iste dominus? sed tamen quàm à dispati tenebatur? studiorum enim suorum M. Varro voluit esse illud, non libidinum deversorium, quæ in illa villa ante dicebantur? quæ cogitabantur? quæ litteris mandabantur? jura populæ R. monumenta majorum, omnis sapientiz ratio, omnisq; doctrina. At verò, te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum: natabant pavimenta vino: mædabant parietes: ingenii pueri cum meritoris: cotta inter matres familias verlabantur. Cassino salutarum veniebant, Aquino, Interamna, admittus est nemo, jure id quidem. in homine enim turpissimo obsolebant dignitatis insignia. Cum inde Romam proficiscens ad Aquinum accederet, obviam ei processit (ut est frequens municipium) magna sanè multitudo: ut ille operta lectica latus esse per oppidum, ut mortuus. Stultè Aquinates: sed tamen in via habitabant. quid Anagini? qui cum essent devii, obviam ei descenderant, ut istum, tamquam *se esse* consul, salutaret. 7. nec edibile dictum: tamen inter omnes constabat, neminem esse salutatum: præsertim cum dñus secum Anaginos haberet, Mustelam, & Laconem: quorum alter gladiatorum est princeps, alter poeulorum. Quid ego illas istius minas, contumeliasq; comemorem, quibus invehit in Sidicinos? vexavit Puteolanos, quod C. Cassium, s. quod Brutos *pactonem* adoptasset? magno quidem judicio, studio, bonivolentia, caritate, non ut te, 9. ut Basilum, vi & armis, & alios vestris simileis, quos clientis nemo habere velit, non modo esse illorum cliens. Interea dum tu abes, qui dies ille collega tui, cum illud, quod tu venerari solebas, bullum in foro evertis, quæ te tibi nuntiata, ut constabat inter eos, qui una fuerunt, concidisti, quid evenit postea, nescio metum credo valuisse, & arma. Collegam quidem de calo detraxisti: effecti que non tu quidem etiam nunc, ut sit similis tui, sed certè, ut dissimilis esset tui. Qui vero reditus inde Romam? quæ perturbatio totius urbis? memineamus Cinnam nimis potentem: Sullam postea dominantem, modo regnantem Casarem videremus, erant fortasse gladii, sed ii absconditi, nec ita multi. ista verò quæ, & quanta barbaria est. *10. agm-*

XXXIX. 100.

XL. 102.

103.

1. *Cum tua quid interest, nulla (p. c.)* Habent istud Manut. & Lamb. puto à Færnî aut Mur. libris nam nostri, non recipiunt à vulgatis: tua quid interest? nulla auspicia sunt tuorum, cum sis religiosus, in epè.
 2. *Ne salvo capite negare non posses.* Conjecit Ferrarius, sed timide, *ne sare*, ad statim recepit Lambinus, addito de suo, *imp.*
 3. *Grandi fenore (p. fructuosa).* Est ab uno scripto Lambini, cui accedebat Maur. codex & Ahalæ. prius editi, *gladiferæ*. Pal. pr. *grandificare*. *sec. grandificari.*
 4. *Vexillum videres.* Vetus editio sic habet ac Pal. nostri, recentiores *vulneres*, unde nimit quam cuperem incidere in Færnî, in Mureti, ad has orationes, monumenta, nam nam Manut. num Lamb. inde sua hauficac, an aliunde conflare nemini potest.
 5. *Et si ab hæc valeant tabulæ.* Supra dictorum editiones *pal. hæc, valent* *hæc, valent* *tab. quod non videtur ab ingenio, haud tamen variant non. aut veteribus editi.*
 6. *Quod si etiam scripsit, (p. c.)* Est etiam in Pal. sec. illud aliorum *Quid.*

sed Ciceronianum magis sapit alteramque Pal. pr. & olim extensi.
 7. *Incredibile dictum, tamen inter amicos, constabat.* Est à Ferrariana conjectura, præca lectio, *dictum*, sed non nimit inter omnes constabat, quomodo, & Pal. pr. nam *lec. dictum* & simul inter omnes, *conf.*
 8. *Quod Brutes pactonem adoptasset.* Sic Pall. at Lambinus delevit *pactonem.*
 9. *Ut Basilum, vi & armis, & alios.* Reponendum fortasse *ut Basilum, ut Tamisium, ut alios, sic* in mentem venit Schoetz de cap. 12. de quo gladiatore, non semel supra, & ad Articum.
 10. *Agmîne quadrato, cum gladiis sequuntur milites: sento un lectica perterri.* Est à Pal. sec. nisi quod is in verba voce sequuntur scutorum milites *lectica p.* quod si quis cenfer delendum ad hæc verbum *milites* quod ab eo uno libro Ferrarii, per me licet, in epè Lambiniana: *sequuntur sentati milites: scutorum lectica*, nam lecticæ scutis gravidæ erant: ut arripentur statim à militibus si necesse.

cas portari videmus. Atque his quidem jam inveteratis, P. C. consuetudine obduratis. Kalendis Junis cum in senatum ut erat constitutum, venire vellemus, metu perterriti repente diffugimus. At iste, qui senatum non egerit, neque desideravit quemquam, & potius discessu nostro lætatus est, statim illa mirabilia facinora effecit, qui chirographa Cæsaris defendisset *lucris suis causa*: is leges Cæsaris easque præclaras, ut rempublicam concutere posset, evertit: numerum annorum provinciis protogavit: idemque, cum actorum Cæsaris defensor esse deberet, & in publicis, & in privatis rebus acta Cæsaris rescidit. **IN PVBLCIS** actibus nihil est lege gravius; in privatis firmissimum est testamentum. Leges alias sine promulgatione sustulit; alias, ut tollerent promulgatas, promulgavit. Testamentum irritum fecit: quod etiam *infirmis* civibus semper obtentum est. Signa, tabulas, quas populo Cæsar unâ cum hortis legavit, eas hic partim in horros Pompeii deposuit, partim in villam Scipionis.

XLII. Et tu in Cæsaris memoria diligens? tu illum amas mortuum? quem is majorem honorem consecutus erat, quam ut haberet pulvinar, simulacrum, fastigium, flaminem? est ergo flamen, ut Jovi, ut Marti, ut Quirino, sic divo Julio M. Antonius? Quid igitur cessas? cur non inaugurare? summe diem: vide, qui te inauguret: collega sumus; nemo negabit. O detestabilem hominem, sive quod tyranni sacerdos es, sive quod mortui! Quæro deinceps, num, hodiebus dies qui sit, ignores, necis, heri quartum in Circo diem ludorum Romanorum fuisse? te ipsum autem ad populum tulisse, ut *quintus* præterea dies Cæsari tribueretur? cur non sumus prætextati? cur honorem Cæsari tua lege datum, deserui patimur? an supplicationes addendo diem contaminari passus es: pulvinaria noluisse? aut undique religionem tolle, aut usqueaque conserva. **QUA** res, placeatne mihi pulvinar esse, fastigium, flaminem, mihi verò nihil istorum placeat, sed in, qui acta Cæsaris defendis, quid potes dicere, cur alia defendas, alia non curas? nisi forte vis fateri, te omnia *quæstus* tuo, non illius dignitate vitari. Quid ad hæc tandem? exspecto enim eloquentiam tuam, disertissimum cognovi avum tuum: at te etiam apertioem in dicendo, ille nunquam nudus est concionatus: tuum hominis simplicis pectus vidimus. Respondesne ad hæc? aut omnino hincere audebis: ecquid reperies ex tam longa oratione mea, cui te respondere posse confidas? Sed præterita omitamus: hunc unum diem, hunc unum, in quo in hodiernum diem, hoc punctum temporis, quo loquor, defende, si potes, cur armatorum corona senatus sæptus est? cur me tui satellites cum gladiis audiunt? cur valvæ Concordiæ non patent? cur homines omnium gentium maxime barbaros, Ithyreos, cum sagittis deducis in forum? Præsidii sui causam facere dicit. Nonne igitur **MILLIES** perire est melius, quam in sua civitate sine armatorum præsidio non posse vivere? Sed nullum est illuc, mihi crede, præsidium, *caritate*, & benivolentia civium sæptum oportet esse, non armis. Eripiet, extorquebit tibi ista populus Romanus, utinam salvis nobis: sed quoquo modo nobiscum egeris, dum istis consiliis uteris, non potes, mihi crede, esse diuturnus. etenim illa tua minime avara conjux, quam ego sine contumelia describo, nimium debet diu populo Romano pensionem tertiam. Habet populus Romanus ad quos gubernacula reip. deferat: qui ubicumque terrarum sunt; ibi est omne reip. præsidium, vel potius *ipsa reip.* quæ se adhuc tantummodo ultra

est, nondum recuperavit, habet quidem certe reip. adolescentis nobilissimos, paratos defensores, quam volent, illi cedant, otio consulentes: tamen à reip. recedebunt. *Et nomen pacis dulce est, & ipsa res salutaris, sed inter pacem, & servitutem plurimum interest: pax est tranquilla libertas: servitus malorum omnium postremum, non modo bello, sed morte etiam repellendum.* Quod si te ipsos illi nostri liberatore, & conspectu nostro abtulerunt: at *exemplum* facti reliquerunt, illi quod nemo fecerat, fecerant. Tarquinius Brutus bello est persecutus: qui tamen rex fuit, cum esse Romæ regem liceret. Sp. Cassius, Sp. Melius, M. Manlius propter suspicionem regni appetendi sunt necati, hi prius cum gladiis, non in regnum appetentem, sed in regnantem impetum fecerunt, quod cum ipsum factum per se præclarum, atque divinum est, tum expositum admirandum, præsertim cum illi eam gloriam consecuti sint, quæ *vix celo capi posse videatur.* **EST ENIM** facti in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus erat, tamen mortali immortalitatem non arbitror contemnendam. Recordare igitur, illum, M. Antoni, diem, quo dictaturam sustulisti: pone ante oculos lætitiæ senatus, populique Romæ conferre cum nummatione tua, tuorumque tum intelliges, quantum inter *laudem, & lucrum* interfit. Sed nimirum, ut quidam, morbo aliquo, & sensus stupore, sua vitæ tibi non sentiunt: sic libidinosi, avari, facinorosi, *vana laudis gustum* non habent. Sed, si te laus allicere ad recte faciendum non potest, ne metus quidem à se diffusis factis potest avocare? Judicia non metuis, si propter innocentiam, laudo: si propter vim, non intelligis, ei, qui isto modo judicia non timeat, quid timendum sit? Quod si non metuis viros fortes, egregiosque civeis, quod à corpore tuo prohibentur armis; *tui* te, mihi crede, diutius non ferent. **3 QVA**LE EST autem vita, dies & noctes timere à suis? nisi verò aut majoribus habes *beneficia obligatos*, quam ille quosdam habuit ex iis, à quibus est interfectus: aut tu es ulla re cum eo comparandus, fuit in illo ingenium, ratio, memoria, litteratura, cogitatio, diligentia: res bello gesserat, quamvis reipub. calamitosas, attamen magnas; multos annos regnare est mediatus; magno labore, magnis periculis, quod cogitavit, effecerat: muneribus, monumentis, congiariis, epulis, multitudinem imperitam lenierat: suos præmiis, adversarios clementiæ specie devinxerat, quid multa? atulerat jam liberam civitatem, partim metu, partim patientia, *consuetudinem servendi.* Cum illo ego te dominandi cupiditate conferre possim, **XLVI.** ceteris verò rebus nullo modo es comparandus. Sed ex plurimis malis, quæ ab illo reip. sunt iniusta, hoc tamen boni est, quod didicit jam populus Romanus quantum cuique crederet, quibus se committeret, à quibus caveret. Hæc igitur non cogitas? nec intelligis satis esse viris fortibus didicisse, **QVA** M SIT pulchrum, beneficio gratum, fama gloriosum, tyrannum occidere? an, cum illum homines non tulerint, te ferent? Certatim posthac, mihi crede, **118.** ad hoc opus curretur, nec occasionis tarditas expectabitur. Respice, quæso, aliquando temp. M. Antoni: quibus ortus sis, non quibuscumque vivas, considera: mecum, ut voles: cum republica redi in gratiam. Sed de re tu ipse videris: ego de me ipso profitebor, defendi temp. adolescens, non deseram senex: contemsi Catilinæ gladios, non pertimescam tuos. Quin etiam corpus libenter obtulerim, si præsentari *moris mea* libertas civitatis potest; ut aliquando dolor populi Rom. parat, quod jamdiu paruritur.

R. r. 5. Etenim

XLIII. Sed præterita omitamus: hunc unum diem, hunc unum, in quo in hodiernum diem, hoc punctum temporis, quo loquor, defende, si potes, cur armatorum corona senatus sæptus est? cur me tui satellites cum gladiis audiunt? cur valvæ Concordiæ non patent? cur homines omnium gentium maxime barbaros, Ithyreos, cum sagittis deducis in forum? Præsidii sui causam facere dicit. Nonne igitur **MILLIES** perire est melius, quam in sua civitate sine armatorum præsidio non posse vivere? Sed nullum est illuc, mihi crede, præsidium, *caritate*, & benivolentia civium sæptum oportet esse, non armis. Eripiet, extorquebit tibi ista populus Romanus, utinam salvis nobis: sed quoquo modo nobiscum egeris, dum istis consiliis uteris, non potes, mihi crede, esse diuturnus. etenim illa tua minime avara conjux, quam ego sine contumelia describo, nimium debet diu populo Romano pensionem tertiam. Habet populus Romanus ad quos gubernacula reip. deferat: qui ubicumque terrarum sunt; ibi est omne reip. præsidium, vel potius *ipsa reip.* quæ se adhuc tantummodo ultra

1. Sed morte etiam repellendum. Hæc secus mss. nostri. At Idorus lib. XI. cap. 30. Originem laudat repellendam, ut monuit Schœtus lib. I. No. 60. Cic. cap. 14.
2. Causa nummationis tua. Pal. pr. mutatione sec. mimi vacatione, ut videatur restituendum, nummatione aut nummatione, quæ modo dicitur quod viti dicti conjecturant.

3. Quæ sit autem vita, dies, &c. Est ab uno Ferrarii scripto: neque recedit multum Pal. nisi quod is malis, pro vita, insulse vulgaris: Quod est autem malis dies.
4. Peris, ut aliquando, &c. Confirmat hanc Ferrarii Codicum lectionem Pal. sec. vulgaris, patet. Utinam aliquando, factus.

Etentm si adhuc annos propè viginti hoc ipso in templo negavi posse mortem immaturam esse consulari: quanto verius nunc negabo seni? Mihi verò, P. C. jam etiam optanda mors est, perfuncto rebus iis, quas adeptus

sum, quasque gessi, duo modò hæc opto: unum, ut moriens populum Romanum liberum relinquam: hoc mihi majus à diis immortalibus dari nihil potest: alterum, ut ita cuique eveniat, ut de republica quisque mereatur.

M. TULLII CICERONIS

IN

M. ANTONIUM

PHILIPPICA TERTIA.

ORATIO QUADRAGESIMA QUINTA.

SYNOPSIS.

Suadet, ut qua Octavius adversus Antonium egit, rata sint, & ut Imperatoria dignitate in Antonium eligatur, ut legibus que illum secuta, gratia decernantur: ut Brutus provinciam Galliam adversus Antonium suatur, & ut Antonius hostis à senatu judicetur.



ERTVS omnino, P. C. quàm tempus reipublicæ postulavit, aliquando tamen convocati sumus: quod flagitabam equidem quotidie: quippe cum bellum nefarium contra aras, & focos: contra vitam, fortunæque nostras, ab homine præfigato, ac perditio non comparari, sed geri jam viderem. Exspectantur Kalendæ Jan. quas non exspectat Antonius, qui in provinciam D. Bruti, summi, & singularis viri, cum exercituum impetum facere conatur: ex qua se instructum, & paratum ad urbem venturum esse minatur. Quæ est igitur exspectatio, aut quæ vel minima dilatio temporis? quamquam enim adfunt Kalendæ Jan. tamen **XXXV** tempus longum est imparatis, dies enim affert, & hora potius, nisi provisum est, magnas sæpe cladeis. certus autem dies non ut sacrificii, sic consilii exspectari solet. Quòd si aut Kalendæ Jan. fuissent eo die, quo primùm ex urbe fugit Antonius, aut hæc non essent exspectata: bellum jam nullum haberemus. auctoritate enim senatus, consensuque populi Romani facile hominis amentis fregissemus audaciam. quod confido equidem consules designatos, si mulac magistratum inierint, esse facturos. sunt enim optimo animo, summo consilio, singulari concordia. mea autem festinatio non victoriæ solum avida est, sed etiam celeritatis. Quo enim usque tantum bellum, tam crudele, tam nefarium privatis consiliis propulsabitur? cur non quamprimum publica accedit auctoritas? C. Cæsar adolescens, parè potius puer, incredibili ac divina quadam mente, atque virtute, tum, cum maximè furor arderet Antonii, cumque ejus à Brundisio crudelis, & pestifer reditus timeretur, nec postulantibus, nec cogitantibus, i ne optantibus quidem nobis (quia fieri posse non videbatur) firmissimum exercituum invicto genere veteranorum militum comparavit, partimoniumque suum effudit, quamquam non sumus utâ eo verbo, quo decuit, non enim effudit, sed in salute reipublicæ collocavit. Cui quamquam gratia referri tanta

non potest, quanta debetur: habenda tamen tanta est, quantam maximam animi nostri capere possunt. Quis enim est tam ignarus rerum, tam nihil de republica cogitans, qui hoc non intelligat: si M. Antonius à Brundisio cum iis copiis, quas se habiturum putaverat, Romam, ut minabatur, venire potuisset, nullum genus eum crudelitate præteriturum fuisse? quippe qui in hospitis tectis Brundisii fortissimos viros, civeis optimos, jugulari iussit: quorum ante pedes ejus morientium sanguine os uxoris respersum esse constabat. Hæc ille crudelitate imbutus, cum multo bonis omnibus veniret irator, quàm illis fuerat, quos trucidarat: cui tandem vestram, aut cui omnino bono peperisset? Quæ peste rempublicam privato consilio (nec enim fieri potuit aliter) Cæsar liberavit, qui nisi in hæc republica natus esset, rempublicam scelere Antonii nullam haberemus. Sic enim perspicio, sic judico, nisi unus adolescens illius furentis impetus, crudelissimosque conatus cohibuisset, rempubl. funditus interituram fuisse. Cui quidem hodierno die, Patres conscripti, (nunc enim primum ita convenimus, 2 ut illius beneficio possemus, qua sentiremus, liberè dicere) tribuenda est auctoritas, ut rempublicam, non modò à se susceptam, sed etiam à nobis commendatam possit defendere. Nec verò de legione Martia (quoniam longo intervallo loqui nobis de repub. licet) sileri potest. Quis enim unus fortior, quis amicior antiquam reip. fuit, quàm legio Martia universa? quæ cum hostem populi Rom. M. Antonium judicasset, comes esse ejus amentia noluit: reliquit consulem: quod profectò non fecisset, si eum consulem judicasset: quem nihil aliud agere, nihil moliri, nisi eadem civium, atque interitum civitatis, videret. Atque ea legio confedit Alba: quam potuit ubi bene eligere, aut opportuniorem ad res gerendas, aut fideliozem, aut fortiorum virorum, aut amiciorum populo Romano civium? Hujuscæ legionis virtutem imitata Quarta legio, duce L. Egnatulejo quaestore, cive optimo, & fortissimo, Cæsaris 3 auctoritatem, atque exercituum persecuta

1. Ne optantibus quidem nobis. Ita quoque liber Gemblacensis. vulgò nec optantibus.
2. Ut illius beneficio possemus. Sic tres mss. quibus usus est Ferrarius, sic Pal. & sec. melius longè est illo hætenus recepto, ut de

illius beneficio.
3. Auctoritatem atque exercituum persecuta est. Haud aliter etiam ferretur tamen in primo profectus: quomodo Philipp. 11. cap. 15. sine. est tamen ibidem Ferrarij vett. codd. presertim.